



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

Liber II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

LIBER SECUNDUS.
TITULUS I.

De Sacerdotibus in inferiori gradu con-
stitutis, seu Presbyteris.

SUMMARI A.

- 1. Sacerdotes, Presbyteri, Seniores, sunt Synonyma.
- 2. Sacerdotum nomen quomodo sumatur in Sacris canonibus.
- 3. Quomodo nunc.
- 4. Sacerdotii dignitas.
- 5. Origo.
- 6. Est Sacramentum.
- 7. Ad illud quae aetas legitima.
- 8. Quis illud conferat & quomodo.
- 9. Quibus solemnitatibus.
- 10. An Papa solo verbo: Sis Presbyter; conferre possit Sacerdotium.
- 11. Sacerdotum quod praecipuum munus.
- 12. Quae ipsis interdicta.
- 13. Quae Eorum potestas.
- 14. Est tamen hic servanda cautio; & quae.



Atenus diximus de Sacerdotibus in altiore ordine; nunc videndum de iis qui sunt in inferiore.

Qui Graecè Presbyteri, Latine Seniores, dicuntur; non tam aetate, quam moribus & officio. *can. Cleros. vers. Presbyter. dist. 21.* Quippe quorum vita debet esse probata senectus. *sec. Concil. Trident. sess. 23. de reformat.*

Corvinus
de Personis
Ecclesiarum

G IV
52

mat. cap. 14. Sacerdotes etiam appellantur, quasi sacrum dantes. d. can. cler. 8. Sacerdos. Dicit D. Hieronymus, in epist. de septem gradib. Ecclesiæ, sic: Sextus Seniorum ordo est, qui Sacerdotibus datur, qui Presbyteri dicuntur, qui presunt Ecclesiæ Dei, & Christi sacramenta consociant. *Li autem in benedictione cum Episcopis consortes minorum sunt, nulla in consociando corpora Christi ac sanguine inter eos & Episcopos credenda distantia est.*

2 Imò in Sacris canonibus Sacerdotum nomen non solum Presbyteros inferiores, sed & Pontifices, Episcopos, Archiepiscopos, comprehendit. Dicit D. Augustinus lib. 2. de civit. Dei cap. 10. explicans verbum Apocalypseos. cap. 20. ita: *Quod D. Joannes in Apocalypsi dicit, istis secunda mors non habet potestatem, adjunxit, atq. ait, sederunt Sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annis: Non utiq. de Episcopis, & Presbyteris est dictum, qui proprie jam in Ecclesiâ vocantur Sacerdotes; sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum christum sic omnes Sacerdotes: quoniam membra sunt unius Sacerdotis, de quibus Apostolus Petrus; Plebs, inquit, sancta, regale Sacerdotium. Summus Sacerdos in æternum Dominus Deus Noster Jesus Christus; Psal. 109. qui & Sacerdotii potestatem cum primatu D. Petro dedit primatum can. in novo. dist. 21. Matth. 16. Docet etiam D. Hieronymus Episcopum & Presbyterum esse idem, sed hunc habere nomen dignitatis, & illum officii. in epist. ad Titum cap. 1. ad verba illa, & constitutus per circuitus Presbyteros. tom. 10. 9. & in Epist. Evagrio scripta tom. 2. can. legimus. dist. 92. c. olim. & can. seq. dist. 95. Episcopus gradu tantum præcedebat Presbyteros: Eligebatur per Illos in schismatis remedium ut & supra admonuimus. Sic omnes Presbyteri non erant Episcopi cum tamen Episcopi omnes essent Presbyteri, quia erant electi ex illis & tales esse debeant. c. ex literis. de excess. Prælat. Alioquin gradum quem non habent, conferre non possunt. can. gratia. can. ventum. qu. 1. c. Darbertum. 1. qu. 7. can. quomodo. de consecr. dist. 4.*

Unde Episcopus in Ecclesiâ major Presbyteris, in domo vero æqualis. sec. Concil. Carthag. can. 4. & can. Episcopus in quolibet. cum can. seq. dist. 65. in Concilio Martini Papa.

Nunc Presbyter propriè & strictè dicitur, qui post Episcopum animum habet curam, vel saltem Sacerdotalem ordinem.

Nonnunquam, sed in re favorabili, non odiosa, & Presbyteri seu Sacerdotis nomine veniunt Diaconus & Subdiaconus. can. unic. fin. c. 15. qu. 5. can. si quispiam. dist. 81. can. Subdiaconus. dist. 77. c. 2. de cohabit. Cleric. & mulier. ubi Gloss. verb. Sacerdotum. Panorm. ibid.

Est Sacerdotium, teste D. Ignatio epist. 10. ad Smurnenses. omnium honorum, qui in hominibus consistunt, summa.

Ejus ordo, seu gradus, institutus fuit ab ipso Christo Domino, & designatus in septuaginta duobus Discipulis: secundum Concilium Trident. sess. 22. cap. 1. post med.

Unde apud Catholicos est indubium; (negantibus hoc A Catholicis) Sacerdotalem Ordinem esse verum & proprium novæ Legis Sacramentum, à Christo Domino Nostro institutum. Bellarm. tom. 2. lib. 1. de Sacram. Ord. ex cap. 2. Coninck. disp. 20. de Sacram. Ord. dub. 1. alijs allegati per Barbof. jur. Eccles. Univ. lib. 1. cap. 34. num. 8. Nec adverstatur can. in novo. dist. 21. in verbis: à Petro Sacerdotalis incepit Ordo &c. Intelligendus enim de Ordine Sacerdotali. Nam cum D. Petrus à Christo fuerit primus consecratus Episcopus, in hunc sensum Sacerdotalis ordo dicitur ab ipso coepisse. Bellarm. tom. 1. controv. de Romano Pontifice, cap. 23. Coninck. d. disp. 20. dub. 4. num. 25.

Promoveri, secundum Concilium Tridentinum sess. 23. de reformat. cap. 12. & cap. ult. 78. dist. Clem. ult. de erat. & qual. ordin. ad Presbyteratus ordinem hodie nullus potest ante vigesimum quintum ætatis suæ annum: osim trigessimum: Novel. 123. cap. 13. bonum habere debet testimonium; in diaconatu per annum integrum ministrasse: quæ scitu ad salutem populo necessaria, callere: ad Sacramenta ministranda an sit idoneus diligenter examinari: in ipsius pietatem morefque inquiri. secund. d. Concil. d. sess. 23. cap. 14.

In interstitio tamen à Diaconatu ad Presbyteratum, potest Episcopus pro arbitrio, habitâ loci, temporis, conditionis personæ, ratione, dispensare. Menoch. de arbitr. cas. 427. num. 30. Frat. Emanuel. quest. Regul. tom. 3. quest. 24. art. 7. Bonacina. de Sacram. disp. 8. quest. un. puncto 6. num. 2.

Fit

Orvinus
de Personis
Ecclesie
G IV
32

8 Fit *ordinatio* ab Episcopo, per traditionem calicis cum vino, & patenæ cum pane, seu hostia; & verba; *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo &c.* manuumque impositionem. *Roffens. lib. de def. Sacerdot. contra Luther. congressu. 2. axiom. 3. Bellarm. tom. 1. de Sacram. Ordin. cap. 9. Sebast. Casar. in relect. de Eccles. Hierarchia. part. 3. disp. 3. §. 8. num. 4. vide Concil. Trident. d. sess. 23. can. 4.*

9 Quod si, incuriâ Magistri ceremoniarum, calix careat vino, aut contineat aquam, aut hostia non sit ex pane verò, necesset collatus ordo, nec acciperet promotus characterem. *Ledesma. in sum. tom. 1. de Sacram. Ordin. cap. 3. Roderic. à Cunha ad c. Presbyter. num. 3. disp. 2. Campan. in divers. Jur. Canon. rubr. 2. num. 17.*

Ut calicem, patenam & hostiam tangat consecrans, præcisè non est necessè. *Sylvest. in sum. verbo Ordo. 2. circa num. 6. Campan. d. num. 16. Zambran. in decis. casuum conscient. in artic. mortis. cap. 6. d. unic. num. 11. Bonacin. de Sacrament. disput. 8. quest. un. punct. 3. num. 10. Nec etiam necessè, ut tangat consecrandus; sufficit ostensio patens cum signo acceptatiyo. *Fumus in Armilla verbo Ordo num. 4. Reginald. in praxi fori penitent. tom. 2. lib. 30. tract. 2. cap. 2. num. 8. Barbof. d. loco num. 20.**

Sed hæc intellige de necessitate Sacramenti; non præcepti, secundum quam & calicem & patenam tangere tenetur ordinandus. *Barbof. d. loc. & num. 20.*

10 An Papa solo verbo, Sic *Presbyter*, Presbyterum creare possit disputant Canonista. Affirmant multi, ut additio ad *Abb. verbo sit Presbyter. lit. A. in c. firmiter. §. una vero. de sum. Trinit. Angel. in l. 2. C. de crim. sacril. Felin. in c. 1. num. 23. vers. fallit quarto. de constit. Riminald. in repet. rubr. de constit. num. 125. & ibi Mandos. num. 42. Negant alii, ut *Abbas d. loc. num. 1. Barbof. d. loc. num. 21. aliq., quos allegat.* Quorum sententia verior. Sacramenti enim deficiet & materia & forma. Quæ utraq; necessaria. *Vide Concil. Trident. sess. 24. cap. 4. de sacra. m. & sess. 21. cap. 2. & Barbof. d. loco.**

11 Præcipuum munus Presbyteri & ordinationis ejus est Sacramentum corporis Domini conficere; ut scribit *Epiphanius Joann. Episcopo Hierosolymitano; est inter epist. Hieron. & in can. ecce ego. dist. 95. c. per*

His. dist. 25. Deo in Sacrificio offerro; c. quamvis. dist. 68. c. 1. §. ad Presbyterum. d. dist. super populum orare: Dei dona benedicere: D. Paulus epist. ad Hebr. c. 5. cap. 5. inquit; Omnis Pontifex, qui ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur in his, quæ apud Deum aguntur, ut offerat donaria, & victimas pro peccatis: vid. & can. ipsi Sacerdotes. 1. qu. 1. item infantes baptizare; c. constat baptisma. 19. de consecrat. dist. 4. sanctificato oleo inungere; benedicere: de occultis peccatis poenitentes, vel in extremis agentes absolvere: nec non, sed tantum Episcopo permittente, aut necessitate urgente extrema, baptizatos sacro chrismate linire seu confirmare; Virgines Deo dicare: can. 1. & seqq. 26. qu. 6. & can. Presbyteris. 119. de consecrat. dist. 4. Dei tamen verbum predicare, vid. Hugon. de S. Victor. lib. 2. de Sacram. part. 3. cap. 12. Caccia in comment. ad c. Presbyter. 4. dist. 23. & quidem ratione officii Sacerdotalis. Nec enim munus prædicandi solis Presbyteris jure divino est annexum. Potest enim illud & aliis concedi. Barbof. de jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 34. num. 23.

Nulla modo potest, Ecclesias erigere, consecrare: reconciliare: & sacrum chrisma conficere: Clericos ordinare: excommunicare: poenitentes publicè reconciliare: Quæ Episcopis reservata; d. can. quamvis. & d. can. 1. vers. ad Episcopum. dist. 25.

Hisce, quæ diximus Episcopis reservari, exceptis, reliqua omnia Ordinis ministeria competunt Presbyteris ex Christi Domini institutione. text. in c. 1. §. una. vers. & hoc de sum. Trinit. Concil. Trident. sess. 13. cap. 1. ibi successoribus in Sacerdotio. text. in Extrav. Quia quorundam. vers. item quia claves. de verb. signif. Barbof. d. loco num. 23. per Dd. alleg.

Nec enim, ut statuunt Theologi, Ordinis potestas essentialiter distinguitur à Characterè Sacerdotali, nisi secundum actus diversos, consecrationem scilicet, aut peccatorum commisionem; ut docet D. Thomas. in 4. dist. 18. (characterem autem illum accipiunt Sacerdotes in ordinatione: Conc. Trident. sess. 23. cap. 4. & can. 5. Henriq. in Sum. lib. 10. cap. 14.) Ergò Sacerdotes in suo ordine accipiunt potestatem.

Nn

Quæ

Orvinus
e Personis
enes, Ecclesiad

G IV

52

13 *Qua* circa supra dicta munera & officia, Presbyteris ex divina institutione incumbunt, versatur.

Soli enim Presbyteri rite ordinatis corpus Christi conficere possunt: *text. in d. cap. 1. §. una. Concil. Trident. d. sess. 23. cap. 1. Cardin. Bellarm. lib. 4. de Sacram. Euchar. cap. 16. aded ut ne quidem Papa alio hoc committere possit. Gloss. in c. pervenit. dist. 95. Abb. in c. quantum. num. 9. de consuet. Campan. divers. jur. Canon. rubr. 6. cap. 2. num. 15.*

Soli Sacramentum poenitentiae conficiunt, peccata dimittunt: *Concil. Florent. in litt. Eugen. IV. Concil. Constant. sess. 8. & 15. quidam dicant. de poenitent. dist. 1. Concil. Trident. sess. 14. can. 3. Licet peccati mortalis sint rei: d. Concil. Trident. sess. in can. 10. & in cap. 6. Ratio; Quia hoc ministerium non in sanctitate ministri fundatur, sed in potestate illi in ordinatione concessa, quam peccatum non aufert. c. multi, c. Dominus. c. non nocet. cum aliis. 1. qu. 1. Concil. Trident. sess. 7. de Sacram. in gen. can. 12.*

Sunt & ordinarii Baptismi ministri: Visus consecrationis; *Concil. Florent. in Decret. Eugentii. Isidor. lib. 2. de offic. cap. 24. relatus in can. constat. de consecrat. dist. 4. Gelas. Papa epist. 1. cap. 9. relat. in can. Diaconos. dist. 93. Valet tamen Sacramentum hoc à Laicis praestitum, cap. ad limina. 30. qu. 1. can. super quibus. d. caus. 30. qu. 7. can. in necessitate. can. à quodam. de consecrat. dist. 4. Qua de re loco magis congruo.*

Soli Sacramenti Unctionis extremae sunt ministri. D. Jacobus in epist. cap. 5. *Inducat Presbyteros Ecclesia.* Per quos intellexit semper Ecclesia Latina Sacerdotes. *Concil. Trident. sess. 14. cap. 3. & can. 4. de sacram. extrem. unctionis. c. presbyteros. dist. 95. Zerola. in prax. Episcop. part. 1. verb. Extrema unctio. §. 2. Bonacina. de sacram. dist. 7. qu. un. punct. 4.*

14 Cautio tamen in his omnibus adhibenda. Nempe; licet ea in presbyterii constant caractere, utpote quorum potestas traditur in ordine; tamen non omnia deducuntur absq; jurisdictione & superioris auctoritate in actum; & aliqua non ab omnibus celebrantur, sed ab his tantum, quibus incumbit ex officio, licet maneant valida, si ab aliis fiant

fiant de facto. De his vide Concil. Trident. d. sess. 23. de reform. cap. 15. sess. 22. de reform. cap. 1. sess. 24. de reform. cap. 4.

TITULUS. II.

De Parochiis, Curatis, Plebanis.

SUMMARIA.

- 1. Parochi qui apud Ethnicos.
- 2. Que parochia.
- 3. Interdum accipitur pro Episcopi jurisdictione.
- 4. Quomodo proprie.
- 5. Que Familia eam faciunt.
- 6. Ejus nomen quot sumatur modis.
- 7. Ejus Praefecti quomodo appellentur.
- 8. Parochia a quo tempore limitibus distincta.
- 9. Parochialem Ecclesiam quis constituat.
- 10. Ea unius committitur cura.
- 11. An Ille habeat beneficium curatum.
- 12. Cura animarum qua, & quotuplex.
- 13. Pœnitentialis quotuplex.
- 14. Qui in Parochos eligendi.
- 15. Electi ad quid teneantur.
- 16. Que pœna si non observent.
- 17. Parochialis Ecclesia an non sacerdoti conferri possit, & quid tum juris.
- 18. Quid si impedimentum fuerit justum.
- 19. Episcopus an cum habentibus Ecclesiam Parochialem dispensare potest causa studii.
- 20. Vita

Nn 2

20. Vita

Corvinus
de Personis
et Beneficiis Ecclesiasticis

G IV
32

20. *Vita Parochorum* 33. *Ejus executio an ali-*
qualis esse debeat &
mores. *quo prae-textu potest sus-*
pendi.
21. *Quales debeant habe-* 34. *Parochi in propria Ec-*
re libros: & qua illis
comprehendere. *clesia praeminentia.*
22. *An ea habeant fidem.* 35. *Divinum recitare de-*
bet officium.
23. *An & eorum notata.* 36. *Quando ad hoc obli-*
getur.
24. *Quomodo se gerere de-*
beant cum Parochianis. 37. *Qua non observantis*
pena.
25. *Quid juris circa Eo-*
rum residentiam. 38. *Quibus applicanda.*
26. *An ab ea excusentur* 39. *In celebrandis Missis*
propter Episcopi servi-
tium, aliamve causam. *quodnam Parochi Offi-*
cium.
27. *Ad veram residenti-*
am qua requirantur. 40. *Per se debent pastora-*
les functiones exercere.
Qua illa.
28. *An Parochus nun-*
quam possit non residere.
29. *Quid ipsis tum faci-*
endum. 41. *Ea à Parochiali iure*
sunt diversa: Et quod
illud.
30. *An abesse possunt per*
duos menses sine Episco-
pi venia. 42. *Curare debent Paro-*
chi, ut reparentur Eccle-
siae. Ex quibus, rediti-
bus.
31. *Quae tum requirantur.*
32. *Quae Parochi ea non*
servantis poena. 43. *Honori suarum Ec-*
clesiarum.

- clesiarum consulere debent: & in quibus.
44. Quodnam Eorum officium in ordine ad predicationem Verbi Divini.
45. Jejunia, & festos dies aliaque denunciant.
46. Quod Parochorum munus circa sacramentorum administrationem in genere.
47. Quod circa Sacramentum Baptismi.
48. Penitentia.
49. Quae Parochianorum circa illud obligatio.
50. An potest alteri Parochus hoc munus delegare.
51. Quid si confitendus peccator sit correptus.
52. Quid si agonizans.
53. In audienda confessione quid cavendum Parocho.
54. Post auditam quid.
55. Confessionale ubi habere debeat, & quale.
56. Circa Eucharistiae administrationem quale Parochi officium.
57. Quale circa Sacramentum Matrimonii.
58. De Denuntiationibus, qualiter & ubi faciendis.
59. An possunt omitti.
60. Matrimonium ubi celebrandum.
61. Cujus Parochi sufficiat praesentia.
62. An hic actus alteri potest delegari.
63. Quale Parochi officium circa administrationem Sacramenti Unionis extremae.
64. Quales observare debet ritus, &c.

Orvinius
de Personis
et nel Ecclesiis

G IV
32

Iocuti fuimus precedenti titulo de *Sacerdotibus*; quorum quia nomine veniunt *Parochi*, *Curati*, *Plebani*, loquemur hoc titulo de istis.

¹ Olim apud Ethnicos, ut dicit vetus Horatii Scholiares Sat. 5. lib. 1. *Parochi erant, qui Legatis, Reipublica causa iter futuris, necessaria praebebant ἀπὸ τῆς παροικίας, & libro 11. Satyra ult. Parochi nomen accipitur pro eo, qui cana pater est, id est, qui canam amicum praebet. Atque inde parochorum nonien quidam tractum putant, quod scilicet panem Domini Ecclesiae praebeant. Sed est verius vocem esse corruptam, & rectius dici *paraciam*, à Græco παροικία.*

² Est autem παροικία, vicinia, & parocci, vicini & accolae, qui unum eundemque accolunt, locum, & eandem habent Ecclesiam. Glossæ: παροικος, accola, παροικῶ σοι, juxta te habito.

Pronis seu tamen *Parochiam* & *paraciam* dixere, ut apud Paulinum Nolanum Episcopum in *Epistola ad Alpium*, & Sidonium Apollinarem *Epistolar. libro 7. epist. 6.*

³ Imò interdum *parochia* accipitur pro Episcopi jurisdictione & territorio toto; Concilium Liptinense *can. 5.* dicit; *Deservimus, ut secundum canones unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, &c.* Sueffionense, *can. 5.* ait; *Nisi fuerint prius probati ab Episcopo, cujus parochia est.* Pontigonense, *can. 12. sic; Ut Episcopi Comites & Vassos nostros, in parochia eorum manentes, paterno amore secundum Ecclesiasticum ministerium diligant.* Ivo Carnotensis in *epist. 62.* scribit; *Si ergo restant aliqua injurie ad propriam parochiam pertinentes.* Matthæus Parisiensis, in *Wilhelmo 2.* inquit; *Remigius Lincolnensis Antistes, cum Ecclesiam suam jam perfectam dedicare constitueret, Rege presente & Episcopis multis, Thomas Eboracensis Archiepiscopus contradicebat, affirmans eam in sua parochia esse constructam.*

⁴ Propriè tamen *parochia* est conventus, qui uni subjectus est *Plebano*, & distinguitur à *Dioecesi*. Sidon. Apollinaris in *dicto libro 7. & epist. 6.* dicit; *Nulla in desolatis curadiocesis, parochiisque.* Paulinus in *dicta epist. 45.* ait; *Benedictos Sanctitatis tue comites & emulatores in Domino, fratres, (si dignantur) nostros, tam in Ecclesiis, quam*

in Monasteriis, Carthagini, Tagaste, Hipponiregio, & totis parrochiis suis, atque omnibus cognitis Tibi per Africam locis Domino servientes, multo affectu & obsequio salutari rogamus. Chronicon Besuense ad finem in Carta de S. Stephano in Beelca ait; Animo proposui sepulchrum Domini Jerusalem invisere ac Besuensem Ecclesiam, qua mea est parochia; &c.

Decem Familias constituere parochiam communis Interpretum 5
Juris Canonici est sententia *can. unio. 16. qu. 3. Carat. de jurib. Paroch. tit. 3. c. 3. Strein. in Summa Jur. Canon. part. 1. tit. 3. in princ.*

Parochie nomen duobus sumitur modis. Primo; ut jam ostendimus, pro ipsa dioecesi; *can. si quis. dist. 92. Secundò; pro certa alicujus Dioecesi; Ecclesia, cui assignatus certus aliquis populus ad Sacramentorum perceptionem.* 6

Qui is præficiuntur aliquando appellantur *Plebani*, ut in *c. scriptum. de elect. exercentes animarum curam in Plebania* (quæ *matrix* appellatur. *c. ad audientiam. de Eccles. adif. c. 1. de præscript. Conc. Trident. sess. 21. de reform. cap. 7.*) habente sub se plures Ecclesias vel Capellas, *c. 1. ubi Gloss. Ne Cler. vel Monachi in 6.* sic dicti à plebe: Aliquando *Rectores*; quia plebem & populum *Mauriz. e. in select. jur. Can. lib. 1. cap. 60.* sibi commissum cum cura regunt: *c. 1. de Capell. Monach. c. 3. de vita & honest. Cleric.* Aliquando *Curati*, à cura, quam de regendis ovibus susceperunt; & quidem ex officii natura. 7

Sacerdos proprius vocatur cujuslibet Parochiæ *Rektor*, in *c. omnis de penit. & remiss. Navar. in c. placuit. de penit. dist. 6. num. 123.*

Parochia ergò secundum non nullos, non malè dicitur, quasi curæ partitio, quia Ecclesiæ *Rektor* animarum totius populi, inter illos limites congregati, habet curam. *c. 1. de capell. Monach. c. cum singula. de præbend. in 6. Rebuff. in concord. tit. de collat. §. statuimus. in verb. Parochiales. Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 6. num. 33.*

Parochia antiquitus non erant distincta, & habebant Episcopi totius dioeceseos animarum curam, *Gonzal. d. gloss. 6. num. 80.* Postea Papa Dionysius XXIV. post B. Petrum singulas Ecclesias singulis assignavit Sacerdotibus, usque proprium territorium, interdixitque, ne unus ingrederetur alterius territorium: *can. 1. caus. 13. qu. 1. c. pastoralis.* 8

Orvinus
de Personis
et vel Ecclesiis
G IV
32

ralis. de iis qua sunt à Prælat. Joan. Andr. Abb. in rubr. de Paroch. N. var. in c. placuit. num. 3. cum seqq. de penit. dist. 6. Carat. de jurib. Paroch. tit. 2. cap. 2. & unaquæque Parochia exinde dicta fuit locus finibus certis limitatus, in quo populus degit Ecclesiæ alicui deputatus: Bellmer. consil. 38. num. 8. Mantica decis. 48. num. 1.

9 *Ut tamen Ecclesia constituatur Parochialis, Episcopi requirunt auctoritas, qui constituat eam, fines designet, & plebem denotet. can. nullus omninè. 16. qu. 7. Carat. de jurib. Paroch. tit. 1. cap. 3. num. 2. Quæ præsumitur, si in illa divina fuerit celebrata officia. Afflic. decis. 368. num. 6. vol. 1. Sed de constructione Ecclesiæ ad hanc requisitis fufius in sequenti parte.*

10 *Parochialis Ecclesiæ cura uni incumbit Presbytero; (sive Parocho, Rectori, Curato. Promissionè enim hac assumuntur nomina) in ea Sacramenta populo ministrat & conferat.*

Dico uni; quia si duo vel plures præficiantur, non dicendi Curati; Nam in una Ecclesia unus debet esse Sacerdos, Sponsus, Rector, qui curam habeat. Gratian. discept. forens. cap. 868. num. 35. & seqq.

11 *Presbyteri; quibus Parochiales Ecclesiæ conferuntur, curantur & regendæ, beneficium dicuntur habere Parochiale; quod tamen non est idem cum beneficio animarum curam habente; cum istud pariter latius, quam illud. Innoc. in c. cum satis. de offic. Ordin. Gomez. in res. Cancell. de idiomate, qu. 11. vers. & ideo pro vero intellectu.*

12 *Cura autem animarum nihil aliud est, quam Sacramenta administrandi potestas. c. 1. de paroch. Gratian. discept. forens. cap. 868. num. 10.*

13 *Ea in beneficiis consideratur dupliciter; sec. Garc. de benef. par. 1. cap. 6. num. 6. Nempe propriè & strictè pro cura penitentiali, quæ foro exercetur animæ, quando scilicet aliquis tenetur penitentiam sacras audire confessiones, cæteraque sacramenta, obligatis ab ipso suscipere, administrare: Gloss. verbo impendant. in Clem. dudum. de pulp. Largè seu impropriè pro cura pertinente ad forum exterius; est potestas fori contentiosi sive judicialis, circa correctionem morum. Clem. dudum. Quintin. in repet. c. de multa. de præbend. in 6. Qualem habent Parochi.*

Penitentialis cura rursus est duplex; Alia *Actualis*, quam exer-
cere tenentur actu per se qui officium habent parochiale seu curatum;
Alia *Habitualis*, quam tenentur, quia est ratione beneficii in fieri cum
executionem potestatis non habeant. *Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 3.*
cap. 12. quest. 6.

Eam non habent, vel propter defectum tituli spiritualis per unio-
nem accessionis factum extracti; vel quia recesserunt Parochiani; vel
quin exercendi onere aut consuetudine aut privilegio locati. *Azor. d.*
loc. Sed de iis loco commodiore. Nunc loquendum de Parochiarum
electio.

Eligi debent idonei. *Ihonestas* estimatur hic, ex tribus; 1. Mo-
rum gravitate; 2. *Actus* annorum 25. maturitate. In qua dispensare
nequit Episcopus. *Imol. in Clem. 1. de statu Monach. Contraf. de Sacer-*
dot. part. 3. cap. 3. num. 2. Petr. Gregor. rei benef. cap. 37. num. 5. 3. Et
literarum scientia, *c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect.* Nempe tali,
qua distinguere possit inter peccatum & non peccatum, atque inter
mortale & veniale; & populo sacras literas explicare. *S. Thomas in 4.*
dist. 17. in 2. scripto vide Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 4.

Debent post adeptam Parochialis Ecclesie possessionem, *fidei*
intra duos menses emittere professionem; *Concil. Trident. sess. 24. de re-*
format. cap. 12. vel coram Episcopo, vel Vicario; Garcias. de benef.
part. 3. cap. 3. num. 33. per se ipsos, vel per procuratores, sed speciale
mandatum habentes; Campan. in divers. jur. Canon. rubr. 8. cap. 3.
num. 19. Novar. in singul. Jur. Canon. sing. 114. num. 8. in fine Mussobr.
in Synodo Diocesana. cap. 40. dub. 40. per tot. Nec enim *Concil. Tri-*
dentinum aut *Papae Pii IV. constitutio, incipit Injunctum sub dato Idi-*
bus Novembris. 1564. praesens personae praesentiam requirunt. Ergo
hic militat Regula illa ordinaria: *Quicumq. potest aliquid facere per*
se ipsum, potest & illud facere per procuratorem: l. 1. ff. de procurat. c. qui
per alium. &c. potest quis. de reg. jur. in 6. fac. etiam can. optatum. dist. 100.
ubi Pr. epof. Diss. nonnulli Canonista.

Currit illud tempus à die caepae possessionis. *Concil. Trid. d. loca.*
Quod si elabi passii fuerint, nihilominus ad eam faciendam manent ob-
ligati; Quia terminus ille non est praefixus ad remittendam ac termi-
nandam

o o

Orvinus
e Personis
enef. Ecclesiae

G IV
32

mandam obligationem, sed ad differendam poenam. *Garc. d. part. 3. cap. 3. num. 29. Riccius. decis. Curia Arch. Neapol. decis. 220. num. 4. part. 1.*

Non currit provisus, nondum possessione gaudentibus, quamvis per eos stet, quæ minus illam accipiant: *Garc. d. cap. 3. num. 32.*
 17. Quodsi Parochi fidei professionem facere; studio, non perignorantiam, incogitantiam seu inadvertentiam, negligant; incidunt in peccatum mortale; ut colligitur ex Concilio Tridentino d. cap. 12. quod gravibus utitur verbis & infert poenam gravem, quo casu obligat ad culpam mortalem. juxta not. in c. nam concupiscentiam. de constit. *Garc. d. loc. num. 65. in fine.* Fructuum, non in duobus mensibus perceptorum, sed post, puniuntur amissione: *Conc. Trident. d. cap. 12. Garc. d. loc. num. 30. & 39.*

18. Potest parochialis Ecclesia quæ datur in titulum, non in commendam c. nemo deinceps de elect. in 6. conferri non sacerdoti; modo intra annum à tempore possessionis pacificæ, c. commissa. 35. vers. annu autem. eod. in 6. *Pereira de renovat. emphyt. qu. 5. num. 31. ad Sacerdotium promoveri possit; d. c. cum in cunctis. §. inferiora. c. 2. de testit. in 6. Rochus de jure patron. verb. honorificum. num. 24. S. Cong. Concil. teste Garc. d. tract. part. 7. cap. 4. num. 8. & promoveatur, alioqui privatur, nullâ præmissâ monitione ipso jure. c. licet cano de elect. in 6. Rebuff. in praxi benef. tit. de non promotio intra annum. Nec hic excusat ignorantia. *Sayr. in flor. decis. eod. tit. decis. 1. Hoied. de incompat. benef. part. 1. cap. 24. num. 19. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. beneficia. vers. dico quartò principaliter.**

Pacificam autem possessionem nactus censetur, qui non tantum beneficii & tituli; seu exercitii, & curæ, sed etiam bonorum & fructuum beneficii, seu majoris ejus partis gaudet proventu. d. c. commissa. 35. ubi Gloss. in verbo. pacificam. vers. licet possessionem. Rebuff. in tract. de pacifica possess. num. 168. Menoch. de retinend. possess. remed. 3. num. 502. Garc. d. tract. part. 11. cap. 5. num. 123.

19. Dicta tamen promotionis intra annum obligatio, & nisi fiat amotionis poena, locum non habet, si justum fuerit impedimentum;

tam; d. c. *commissa. ibi. tibi non currit si promoveri iusto impedimento.* Rebuff. d. loco de promotis intra annum. 49. Pereira. d. tract. qu. 6. num. 45. & quidem proveniens sine culpa parochi; alias currit ei annus. d. c. *licet Canon. & ibi Gloss. verbo privati.* Nec obstat. c. *quia diversitatem. ibi. etsi culpa sua fuerit suspensus. de concess. prebend.* Distinguendum enim; Aut culpa ad casum impedimenti fuit ordinata sufficienter; & procedit quod diximus; aut non, & habet locum d. c. *quia diversitatem.*

Sed quæritur, an excusari possit iste, cui obvenit impedimentum tempore eo, quo ordinari non potest; scilicet in fine anni? Respondemus, quod non. Nam, secundum Juris consultos; Impedimentum superveniens tempore, quo actus fieri non potest, non excusat. l. *qui, commeatu. ibi. dum tamen tardius. ff. de remilit. l. 2. vers. si quis tamen. ff. si quis caution. &c.* Decius in c. *ex ratione. num. 16. cum seqq. de appellation. Dissentit Rebuff. d. tit. de promotis intra annum. num. 48.*

Potest tamen Episcopus cum habentibus Ecclesiam Parochialem, dispensare causa studii, ne ad septennium promoveantur ad Sacerdotium, ita tamen ut adstringantur ad suscipiendum intra annum Subdiaconatum; c. *cum ex eo. 34. vers. nos. de elect. in 6. Petr. Gregor. d. tract. cap. 25. num. 9. Rebuff. de privil. Scholast. privil. 36. Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 1. num. 21.* Nec obstat, ut quidam rigidi putant. Canonistæ, Concilium Tridentinum, in *sess. 7. de reformat. cap. 12.* Excipit enim casus jure exemptos; inter quos noster: expressus in d. c. *cum ex eo. addite Gloss. fac. & d. Concil. sess. 5. de reform. cap. 1. in fine.*

Debent Parochi ad eorum quorum cura ipsis commendata exemplar vitam & mores componere suos; Sequantur ergo Concilii præscriptum: Cujus sunt verba hæc: *Nil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim à rebus sæculi in altiorum sublati locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conjiciunt, ex iisq. sumunt, quod limitentur. Quæ propter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresq. suos omnes componere,*

Orvinus
e Personis
e nesi Ecclesie

G IV

32

ut habitu, gestu, ingressu, sermone, aliisque omnibus nihil nisi grave, moderatum, ac religione plenum præ se ferant: &c. Sed de istis specialitertulo. Debent secundo; secundum Concilium Trident. sess. 22. de reformat. cap. 1. oves suas, non tantum quoad numerum, agnoscere, sed familias singulas, in iisque personas singulas, earumque ætatem & qualitatem.

22 Quapropter Parochis consultum, ut juxta Rituale novum, componant librum, in quo familias & personas, subditorum cum nota ætatis, Sacramentorum, aliisque similibus scribant.

Debent ultra librum istum principalem libros, sive matriculas habere quatuor; Scilicet, *Baptismalem*, *Matrimoniale*, *Mortuale*, *Confirmatoriale*. *Baptismalem* inscribere debent Omnes qui baptizantur in Ecclesia sua, & si ex legitimo matrimonio nati, eorum parentum & patrimonium nomina; una cum die, mense, anno; *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. matrim. cap. 2. Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 3. num. 24. Posservin. de offic. Curati. cap. 8. num. 48.* si non; scribere *Baptizati ignotorum parentum* (si quidem illi cognosci nolint) *infantem*. Et quidem ideò, ut ex isto libro baptismus, baptizati ætas, origo, *Rebuff. de pacifica possess. num. 217. Mascard. de probat. conclus. 1147. num. 21.* impedimentum spiritualis cognationis, *Marcus Antonin. var. lib. 1. resolut. fin. casu 33.* probari possit. *Mandos. ad reg. Cancell. 18. quest. 10. à num. 1. Virvius decis. 184. num. 15. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 491. num. 18. & cap. 767. num. 43.*

Matrimoniali, inscribere debent, illorum qui in parochia sua contrahunt matrimonium, nomina, nec non testium; & contractus locum describere, ut possit de contracto matrimonio in casu disputationis præstare fidem: *Concil. Trident. d. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. vers. habeat Parochus. Rebello de obligat. justit. part. 2. lib. 2. quest. 7. num. 6. Cervillos opin. commun. contra commun. qu. 603. num. 138.*

Mortuali, inscribere debent defunctorum in parochia suis nomina & numerum; ut mors & sepultura probari possit singulorum. *Menoch. de presumption. lib. 1. præf. 51. num. 53. cum seqq. Pereira in l. si curatorem. verbo minoribus. num. 33. cum seq. c. de in integr. restit. minor. Creditur enim Parocho mortem adnotanti; Cravet. de antiquit. temp.*

por. part. 1. §. vidimus. Mascard. de probat. conclus. 673. num. 13. & 1077. num. 4.

Confirmatoriis inscribi debent nomina & cognomina Confirmatorum, Patrumque & matrum, Parochiæ, in qua habitant; nec non patrinorum, matrinarum, ut & Episcopi administrantis; tum dies, mensis & annus, & nomen ipsius Ecclesiæ, in qua administratum fuit Christina.

Dictas *matriculas* seu libros custodire Parochus debet *diligenter*.²³ Requisite enim ex eis *fidem* facere tenetur; vel gratis, si moris; vel, si non; accepta mercede solita.

Fides ista, seu attestatio, ut probet, debet fieri cum formali, transcriptione de verbo ad verbum: præmissis hæc verbis; *Ego N. inscriptus Parochus Ecclesiæ Sanctæ N. de N. fidem facio qualiter in libro defunctorum dictæ Ecclesiæ sol. . . . adest sequens pariter videlicet die. . . . &c. in quorum fidem. &c. Datum &c. Ego N. de N. Parochus supradictus manu propria. Gregor. decis. 359. num. 5. Beltramin. in annot. ad decis. num. 9.*

Solent præterea *Parochi* non nulla, Ecclesiæ & Parochianis necessaria annotare; quæ notata probant. Mascard. de probat. conclus. 673. num. 12. Janua de scriptura privata. lib. 5. tit. de Plebanor. libris, qu. 4. in fine.

Debet, inter Parochianos dissentientes, conciliare pacem; ob-²⁵tinatos à fidelium cœtu arcere potest: *can. placuit. dist. 90. Abb. in c. ult. num. 2. de major. & obed. & in c. cum pridem. num. 6. Felin. in rubr. de treuga & pace. num. 4.* ut sacra & orthodoxa doctrina, & boni mores in plebibus suis conserventur, curare: Hæreses ab eis omni conatu avertere: *Fac. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3.* circa pauperes & miserabiles personas invigilare: *d. Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 7.* filiorum spiritualium discordias velociter componere: *Petr. Sot. in Justit. Sacerd. tract. de officio Pastoris; §. secundum verò requisitum ad offic. Pastor. nimiam cum Parochianis familiaritatem evitare: Sancius. in select. disput. 47. num. 23. & 21.* infirmos visitare: consolari.

Tenetur *Parochus*, ut & quivis alius *animarum Rector*, de jure di-²⁶ vino in sua residere Ecclesia: *Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap.*

Orvinus
e Personis
e nesi Ecclesiæ

G IV
32

cap. I. Cajetan. 2. 2. quest. 185. art. 5. & sum. verbo beneficium il. 1. v. & si est beneficium curatum. Sylvest. in sum. verbo residentia. num. 1. G. teo tract. de Parochor. obligatione tempore pestis part. 1. disp. 1. num. 43. Covar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 9. Comitol. in respons. moral. lib. 1. q. 59. Lessius de Just. & Jure lib. 2. cap. 43. dub. 23. num. 163. Posserin. officio Curati cap. 1. num. 1. Licet illa sit tenuis; Reginald. in praxi scriptur. lib. 30. num. 294. vers. si objicies. in ea tantum manent tres quatuorve incolae: Garc. d. tract. de benef. part. 3. cap. 2. num. 179. Si habet duas Ecclesias unitas, tenetur residere in digniore, si de eam constat, in frequentiori; si una sit intra, altera extra urbem, in ea quae est intra: Garc. d. num. 179. Parochialem Ecclesiam cum Canonicis habens ex legitima dispensatione debet residere in parochiali, animarum enim debet praecipua esse cura: *Constit. D. Pii que incipit, Cipientes.*

Obtinens tamen parochialem, in qua habet Vicarium perpetuum, eò vivente residere non tenetur. *Armedar. in addit. ad resp. Legum Navarrae. lib. 2. tit. 23. sub Rub. an Parochi debeant residere suis Curatis. num. 193.*

27 Non excusatur à residentia Parochus, propter servitium Episcopi: *S. Congreg. Concil. sub die 8. Januarii Anno 1628. Armendar. loco num. 166. & 170. & 172. Garc. d. tract. part. 3. cap. 2. num. 41. Valer. de different. inter utrumque Forum. verb. Parochus. diff. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 258. Bonacina var. tract. disput. 4. onere & obligat. benefic. punct. 5. num. 14. officium Subcollectoris postolici: Garc. d. cap. 2. num. 42. Ugolin. de officio Episcopi cap. 15. §. 3. num. 3. vers. decimo. Inquisitoris pravitate haeretica: *Paulus V. in constit. incipit, Alias per nos accepto sub die Martii 1610 Gonzal. d. Gloss. 6. num. 266. & Gloss. 43. num. 164. Cevallos opin. commun. contra commun. qu. 585. num. 12. studia, hodie, contra quam olim. c. cum ex de elect. in 6. Sacra Congreg. post. Concil. Trident. d. sess. 23. de reform. cap. 1. Prosp. de Augustino in addit. ad Quarant. in sum. Bullarii verb. residentia. vers. item limita. Gonzal. d. Gloss. 6. num. 251. Garc. d. part. 3. cap. 2. num. 80. & 81. in addit. aëris intemperiem: Ugolin. d. tract. cap. 15. §. 3. vers. sexto. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. residentia. §. moribus**

morbum contagiosum; inimicitias capitales: videantur Zerola d. tract. & part. 1. verb. privatio. §. 4. dub. 1. Bonacina. d. loco. puncto. 5. num. 2. Barbof. tract. de offic. & potest. Parochi. part. 1. cap. 8. num. 31. 32. Comit. resp. moral. lib. 1. quest. 60. senectutem: Zerola d. tract. part. 1. verb. residentia. §. 9. infirmitatem: Armendar. d. loco. num. 29.

Ut autem Parochus verè resideat requiruntur tria: Primò; ut in 2 8 propria Ecclesia: Secundo; ut personaliter: Tertio; ut continuo.

In propria Ecclesia; Debet enim residere in domo parochiali, si sit; si parochia non habeant domum, in alia, quæ est intra limites ejus, aut saltem vicina: Garc. d. tract. part. 3. cap. 2. num. 179. in declar. 21. Armendar. d. loco. num. 149. & 150.

Personaliter; Quia aliàs muneri suo non satisfacit, etiamsi populo per alium æque bene & fortè melius serviatur. Concil. Trident. d. sess. 23. de reformat. cap. 1.

Continuo; Putate ita, ut indigentes non careant ope necessaria; nec enim ita arctatur, & ita manere cogitur, ut non possit parvo abesse tempore. Joan. de Grassis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 97. num. 57.

Imò propter quatuor causas, sed in scripto per Episcopum approbandas, potest Parochus pro tempore, sed necessario: abesse: Quarum est: 1. Christiana charitas; 2. Urgens necessitas; 3. Obedientia debita; 4. Evidens Ecclesie vel Reipublice utilitas. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. qu. 4. vers. ad secundum ad tertium. quartum. Vasquez. in opuscul. de benefic. cap. 4. §. 2. art. 1. dub. 2. num. 135.

Concedit tamen Concilium Tridentinum d. cap. 1. Episcopis, multò magis Parochis, ut annis singulis abesse possint animi relaxandi causa per menses duos: ita tamen, ut Ecclesiis suis temporibus celebrationum Adventus Domini, ejus, Natalis, Quadragesimæ, Resurrectionis, Pentecostes, & Celebratis Corporis Christi, adsint.

Tenenur interim relinquere Substitutum: d. cap. 1. nisi absentia 3 9 sit per aliquot dies, causaque siturgens, nec ore obtinenda licentia patiens moram. Azor. d. cap. 4. quest. ult. Posserin. d. cap. 1. num. 14.

Quem tamen Substitutum seu Vicarium, licet idoneum, & ab Episcopo admissum, eo inconsulto, pro administratione Sacramentorum, relinquere ad tempus longum non potest. secund. Concil. Tridentin.

Orvinus
e Personis
enef, Ecclesiarum
G IV
32

dentin. d. cap. 1. Nisi consuetudo sit in contrarium. *Possevin. d. cap. 1. num. 19.*

31 Quæri solet, an *Parochus* non petita Episcopi licentiâ, ex causa justa, ad menses duos continuè vel per intervalla abesse possit? Variant hic Canonistæ; Assumant nonnulli, Negant alii: Affirmantium sententia fundatur in eo: 1. Quod ante Concilium Tridentinum hoc fuerit licitum: *per can. 3. presentiam. 7. qu. 1.* 2. Quia Episcopis, qui magis tenentur residere, hoc concedit dictum Concilium: 3. Quia absentia ad menses duas est modica; *fac. l. postliminium. 19. §. si captivus 18. l. nihil. 26. ff. de captiv. & postlim. revers.* 4. Quia esset perquam grave, si numquam liceret Parocho sine licentiâ recedere impunitè maxime urgente necessitate aliquâ, exempli gratia; si de valetudine adversa, morte imminente patris, matris, amicorumve, in loco distant habitantium, quos, antequam moriantur, videre cupit, nunciium acceperit: vel furem, bona ablata furto in partes longinquas deferentem, ut ea recuperet, persequi teneatur. *Zerola in praxi Episcopi part. 1. verb. privatio. §. 4. dub. 3. & verbo Parochus. Leo in thesauro juris Eccles. part. 3. cap. 1. num. 19. & 21. Frat. Emanuel. Rodriguez. in sum. tom. 2. cap. 36. in fin. Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 31. num. 11. alique, quos refert Barbosa. d. loc. cap. 8. num. 54.* Negantium sententia nempe sine Episcopi Facultate non abesse posse Parochum semestri bimestri probabiliorem judicat *Ugolin. de offic. Episc. cap. 15. §. 5. num. 1. Lessius de justit. & jure lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 159. Sanctarell. de resolut. quest. 4. num. 12. Garcias d. tract. de benef. part. 3. cap. 2. num. 23. in 1. declar. & part. 9. cap. 2. num. 295. in 2. dub. aliique plures; Ratio eorum fundata in Concilio Tridentino d. cap. 1. Quod ait ibi, Quod docunque eos abesse contigerit; debere causas esse prius cognitam & privatum per Episcopum.*

32 Ut autem, ultra bimestre legitime abesse possit Parochus, requiruntur quatuor: 1. Ut sit justa & debita causa: 2. Ea prius cognoscatur & approbetur per Episcopum: 3. Relinquat Vicarium idoneum. 4. Privilegium scripto, & quidem gratis, concedatur. *Barbosa. d. lib. 2. cap. 1. num. 58. per Dd. allegat.*

33 Hiis non observatis, si Parochus absque legitima causa a loco

Abbit Ecclesia præter culpam mortalem, fructuum fabricæ Ecclesiæ aut pauperibus applicandorum, naturalium, non industrialium. *Possévin. d. cap. 1. num. 31.* ipso jure pro absentia rata incurrit privationem. *Concil. Trident. sess. 3. de reformat. cap. 11. vers. si quis autem. Garc. d. tract. part. 3. cap. 2. num. 26. & 30. Fr. Emanuel. in explicatione Bullæ composition. num. 18.*

Non tamen beneficii, ipso jure, ut ostendit Concilium Tridentinum, *d. sess. 23. cap. 1. Garc. d. part. 3. cap. 2. num. 139.* Debet enim, servato juris ordine, prius citari personaliter, ut ejus convincatur contumacia; *c. ex parte. de Cleric. non resident. Gloss. verbo in Canonibus. in c. quoniam frequenter. §. si verò. Ut lite non contestata. c. clericos. & ibi Gloss. verbo redierint. c. pervenit. de appellat.* si non possit, trinæ citationis Edictum in ipsius Ecclesia publicandum, postque ultimum per sex menses est expectandus. *c. ex tua. §. 1. de Cler. non resident. Zerola. d. part. 1. verb. privatio. §. 3. & 4. Piafec. in praxi Episc. par. 2. cap. 3. num. 30. vers. necessariò autem. vidend. tamen Garc. d. part. 3. num. 154. & 155.*

Nec illarum poenarum, vel privilegio, vel licentia, vel familiari-
tate, exemptione, statuto, consuetudine, licet immemoriali, sine appellatione, aut inhibitione, suspendi potest executio. *d. Concil. Trident. cap. 1. Garc. post alios. d. cap. 2. num. 261.*

Porrò Parochus præferendus in Ecclesia propria omnibus Cano-
nicis. *Molin. de Canon. lib. 2. cap. 10. Hieron. Gajat. de jurib. Paroch. tit. 1. cap. ult. alii que in quacunque dignitate constitutis, Gonzal. ad reg. Cancell. 8. Gloss. 6. num. 6. cum seq. Zypaus in juris Pontif. novis enar. lib. 1. de major. & obed. Chassan. in Catal. Gloria mundi. part. 4. cons. 22. & 8.* In cura enim animarum vices gerit Episcopi, qui Rector dicitur animarum: *can. bonæ rei. 12. qu. 2.* Curaque animarum est ars artium: *c. pen. de atat. & qualit. ordinand. & est tantò pretiosior, quantò periculiosior. Vualin. in Clem. 1. num. 29. & 32. de præbend.* In ea tantum eum habere potestatem, quam habet Episcopus in Diocesi sua dixit Abbas *in c. 1. num. 28. de dolo & contum. & loco Imperatoris & Regis habere, per can. duo. 23. qu. 2. idem in c. venerabilis. num. 19. de elect. ac vices obtinere Apostolorum. Theod. de Rubeis apud Stephan. Gratian. discept. forens. tom.*

Pp

Orvinius
e Personis
enef, Ecclesiæ

G IV
32

tom. 2. cap. 298. num. 88. vers. deniq; videatur S. Congreg. Rit. in Turritan
14. Februarii 1632.

Inter Parochos plures, præcedentia danda secundum Ecclesiarum
singulorum prærogativam. S. Rituum Congreg. in una Assens. 21. Ma-
rtii 1609.

36 Debent Parochi divinum recitare officium. c. quia per ambitiosam
de rescript. in 6. can. fin. dist. 92. Concil. Lateranense sess. 9. de reform. §.
statuimus. Licet beneficia Ipsorum exiguos habeant redditus; sac. can.
Clericis victum. dist. 91. Sylvest. in sum. verb. hora. §. 3. Armil. cod. ver-
bo. Covarr. lib. 3. var. cap. 13. num. 8. vers. 12. Zerola. d. part. 1. verbo be-
ne Canonice. §. 2. & verb. beneficium. §. 4. Comit. d. respons. moral. lib. 4.
qu. 68. Ugolin. d. tract. cap. 10. §. 1. num. 2. imò nullos; Sylvest. d. ver-
bo hora. qu. 2. Bartholom. à Sancto Fausto. de horis Canonicis. lib. 2. qu. 42.

37 Ad quod tamen non obligantur, contra quam sentit Navarra in
man. cap. 7. num. 29. nisi post captam beneficiorum pacificam possessio-
nem. Primo; Quia beneficiorum jura ante captam possessionem ex-
ercere non possunt; propterea nec tenentur eorum sustinere onera.
Secundo; Quia ante possessionem incerta sunt. Menoch. de
arbitr. lib. 12. cas. 429. num. 24. Flam. Paris. de resign. benef. lib. 1. qu. 4.
9. num. 15. Fr. Emanuel. in sum. quest. regul. part. 1. qu. 141. num. 4.
aliq; alleg. per Barbof. d. tract. part. 1. cap. 10. num. 6.

38 Debent ergo Parochi post adeptam beneficiorum suorum posses-
sionem, studiosè & devotè recitare suum officium; c. dolentes. de con-
brat. Missar. Sylvest. d. verb. hora. qu. 2. Comit. d. tract. & lib. qu. 64.
num. 1. Joann. Valerian. de different. inter utrumq; forum. verbo hora Ca-
nonice. differ. 1. in fin. in eoque recitando se cum Breviarii rubricis con-
firmare; Barbof. d. loc. num. 8. idque sub poena peccati mortalis & re-
stitutionis fructuum; Pius V. in constit. incipit, Ex proximo Lateran.
Concilio de Anno 1571. Bartholom. de S. Fausto, d. tract. lib. 2. qu. 277. in
fin. idque pro rata omissionis officii divini; Petr. Navar. de restit. in re-
sib. conscient. lib. 2. cap. 2. num. 143. Barthol. de S. Fausto. d. lib. qu. 288.
sed non nisi post obrenti beneficii adeptam possessionem sex mensium
lapsum; Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 9. §. statuimus. num. 58. d. 2.
Bulla

Bulla Pii V. à S. Fausto d. loc. qu. 278. Less. d. tract. lib. 2. cap. 34. dub. 32. num. 179. Squillante, de oblig. Cleric. part. 1. num. 2. cum seqq.

Quæ faciendæ vel pauperibus, vel beneficiorum fabricis. d. Con-39 sit. Pii V. Navar. in man. capitulo 25. num. 122. Barb. à S. Fausto. d. tract. de horis Canon. lib. 2. qu. 294.

Appellatione pauperum hic & personarum pauperes & monasteria, Xenodochia, imò omnia opera pia continentur. Navar. de rebus Eccles. mon. 26. num. 2. à Fausto d. lib. qu. 292.

Fabricæ nomine venit & fabrica domus beneficii, & sumptus, qui in agrorum beneficii insumuntur utilitatem, Vasus de benef. cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 9. à S. Fausto. d. loc. qu. 298.

In celebrandis Missis, observare & evitare debent Parochi omnia 40 per Concil. Trident. sess. 22. reform. Ordinariis locorum præscripta: & Diebus Dominicis & festivis eas celebrare subditis suis, in Ecclesia propria; Gutier. jur. Canon. lib. 1. cap. 30. num. 1. cum seqq. S. Congreg. Concil. in Lezana 15. Septemb. 1629. non obstante consuetudine in contrarium. d. S. Congreg. Concil. die 17. Novemb. 1629. idque tam frequenter, ut muneri satisfaciant suo; d. Concil. Trident. sess. 23. de reform. mat. cap. 14. d. Navar. in man. cap. 25. num. 135. per se, vel per alios ex causa iusta; Piasc. d. tract. part. 2. cap. 3. num. 20. Monere, non cogere, populum, ut audiant eas in parochia; d. Concil. Trident. sess. 22. in decreto de observandis & evitand. in celebrat. Missar. Roderic. in compend. quæst. regul. resol. 25. num. 5. Portell. in addit. ad dubia Regularia. verb. Missa. num. 1. & 2. Roderic. d. tract. resol. 109. num. 6. celebrare adstante ministro, nisi gravis urgeat necessitas; Possevin. d. tract. cap. 2. num. 3. Squillante de obligat. Sacerd. part. 2. dub. 23. num. 96.

Præterea debent per se, non per alios, exercere pastorales functiones 41

uer: Riccius in praxi fori penitential. par. 4. resol. 304. Sunt etiam, fontis baptismalis benedictio; Quarant. in sum. Bullar. verb. Missa. in fine. pag. 408. Riccius eod. resol. 308. Sanctissimi Sacramenti delatio; Missarum Ferie quintæ in Coena Domini, & Sabbati Sancti celebratio; S. Rituum Congreg. sub die 18. Maji 1602. Quarant. ta. d. voce Missa. Ricc. d. loco. resol. 309. Candelarum in die purificationis B. Virginis benedictio; post Quarant. Riccius d. part. resol. 305.

Orvinus
e Personis
enef, Ecclesiarum

G IV
32

S. Congreg. Rituum in una Alatrina. 5. Martii 1633. Cinerum primo die quadragesimæ; post Quarant. Novar. Riccius d. part. resolut. 306. & Congreg. 1. Rit. in d. Alatrina. 5. Martii 1635. nec non palmarum Riccius d. loc. resolut. 307. benedictio: per parochiam processionum directio; S. Rit. Congreg. in una Hispal. sub die 26. Februarii 1628.

42 Quæ functiones Parochiales à Parochiali jure sunt diversæ. Quod consideratur & consistit in septem modis; Nempè 1. in audienda Missa diebus festis in parochia; c. dominicus. de paroch. 2. Dominicis; 3. Oblationibus; 4. Pœnitentiis & remissionibus recipiendis; 5. Sacramentorum exhibitione; 6. Sepulturis; 7. Nubentium benedictionibus. De quibus ex professo tractaturi sumus in sequente parte.

43 Præter dicta curare debent Parochi, ut Ecclesiæ, si necesse, reparentur; c. dos his. de Eccles. edificand. Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 7. Reparatio faciendâ ex redditibus ad id deputatis; G. loss. verb. ad h. et. in c. 1. de Eccles. edific. & ibi Abb. num. 3. si non sufficiant isti; defectum supplere tenentur Beneficiarij Parochi. Surdus cons. 62. num. 3. Paris. de resignat. benefic. lib. 3. quest. 15. num. 1. Ripa resp. 22. Bobadilla. in polit. lib. 2. cap. 18. num. 135. & lib. 3. cap. 5. num. 34.

Quod si Parochi ab Ecclesiâ tot non habeant redditus, quibus tantum possent præstare reparationem, tunc in defectum illius contribuent retenantur Parochiani ipsi; Abb. cons. 70. num. 2. part. 1. Ripa resp. 22. col. 2. vers. & ibi redditus. Lambertin. de jure patronar. art. 2. qu. 7. princ. lib. 3. num. 4. vers. tertius est casus. & num. 7. vers. & si isti beneficiarij licet sint Nobiles & Exempti. Avendan. de exequend. mandar. lib. 2. cap. 14. num. 19.

Ad istam reparationem constringit Parochos judicium Ecclesiasticum. Pereira de manu regia. part. 1. cap. 18. num. 17. per can. omnes. Basilica. 16. qu. 7. Rebuff. de decim. qu. 6. num. 22. d. Concil. d. cap. 7. Avendan. & Pereira. d. cap. 18. num. 8.

44 Porro maxime Parochus studere debet, ut suæ Ecclesiæ debitus deferatur honos, nec quicquam in ea fiat indecens aut inhonestum; Concil. Trident. sess. 22. in decret. de observan. & evit. in Celebr. Miss. nec ullâ negotiâ secularia ibi fiant. c. 1. c. cum Ecclesia. de immunit. Eccles. Ne

part. de horis Canon. cap. 5. num. 31. Correa. in repet. c. inter alia. d. tit. par. 2. num. 26. multo minus conclamationes, seditiones, impetus, & invocant, parlamenta publica, seu universitatum consilia, aut congregationes, hisque similia; cap. decet. eod. tit. in 6. nisi pro pietatis actibus, exercitiis spiritualibus openbusque piis; Joann. Andr. Panorm. in c. cum Ecclesia. d. tit. de immen. Eccles. Franc. in d. c. decet. Correa. d. los. part. 2. num. 27. Archidiacon. num. 6. ad d. c. decet. num. 6. Prepos. in c. qua fronte. num. 4. de appellation. arcero etiam debet theatralis ludos, festivitates lubricas, can. eant antes. dist. 92. c. cum decorum. de vita & honest. Cleric. saltatores; prohibere strepitus & clamores; S. Augustin. sermon. 215. S. Chrysof. homil. 38. ad Popul. Antioch. convivid, can. nulli. dist. 42. pernoctationes & vigiliis, olim ad Martyrum corpora fieri solitas; Card. Baron. in addit. ad Martyrolog. Roman. sub die 15. Januarii. hodie interdicitas; Boer. decis. 212. num. 13. Covarr. var. lib. 4. cap. 19. num. 10. Francolin. de horis. Canon. part. 1. cap. 1. ex 8. num. supellectilis privatorum extra necessitatis casum, in ea depositiones, c. relinqui. de custodia. eucharist. accubitus; c. non oportet. cum seqq. dist. 42. imagines vanas; Concil. Nicen. II. act. 4. in epist. B. Nili. excommunicatos & nominatim interdictos ea ejicere; Guittier. Canon. lib. 1. cap. 1. num. 41. solemniter poenitentes ad tempus & notorie criminosos ad eam non admittere; c. qui jubente. 11. qu. 3. ne violentia aliqua, sive ipsi Ecclesia, per destructionem, incendium, aliumve modum, sc. 2. c. litteris. de rapto. sive personis, aut rebus quae continentur in ea, fiat, aspicere; c. sanctus. c. quisquis inventus. 17. qu. 4. curare, ne ponantur in ea Sanctorum in Ecclesia non approbatorum imagines. Concil. Trident. sess. 25. de reb. & venerat. Sanct. debent bonorum Ecclesiasticorum & eorum reditum, facere inventarium, ea non distrahere, non cum anticipatis solutionibus locare; d. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 11. Extrav. ambrosio. de reb. Eccles. non alien.

Est praeterea Parochorum singulis diebus Dominicis, & festis, & 45 tempore jejuniorum, Quadragesimae, & adventus Domini, si non quotidie, saltem tribus in septimana diebus, plebi verbum Dei praedicare; Missae mysterium, Sacramentorum usum, etiam lingua vernacula; d. Concil. sess. 25. de reform. cap. 2. sess. 22. de sacrif. Missa. cap. 8. & sess. 23. de re-

Orvinius
e Personis
nes, Ecclesia
G IV
32



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de reform. cap. 1. & sess. 24. de reform. cap. 4. & sess. ead. cap. 7. per se, vel per alios, d. Concil. sess. 24. de reform. cap. 4. sed hodie tantum cum Episcopi licentia, d. Concil. sess. d. cap. 4. & sess. 5. de reform. cap. 5. Zypaui in Anal. Jur. Pontif. novi enarr. lib. 3. de parochis. explanare plebem, ut explanationi adsit, admonere; Armendar. in d. addit. ad recapit. Legum Navarra. lib. 4. tit. 30. leg. 3. de predicatoribus Sacra Script. num. 33. non cogere; utpote quod ne potest quidem Ordinarius; Zerola d. par. 2. verb. Parochia. Roder. in compend. quest. Regular. resol. 122. num. 11. in fine. tenentur, dominicis saltem aut aliis festivis diebus Parochianos rudimenta, s. Dei & Christianam doctrinam, obedientiam erga Deum, & parentes, bonosque mores docere; d. Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 4. vers. item etiam. & sess. 5. de reform. cap. 2. negligentes, (ut volunt J. Cti Hispani, Fr. Eman. in d. sum. tom. 1. cap. 88. num. 3. alique) cogere.

46 *Ipsis* etiam incumbunt adhuc alia; Nempe vigilias, in quibus Ecclesia præcepto, aut loci consuetudine, seu Ordinarii Lege est prestandum; d. Conc. Trident. sess. 23. de reform. in decreto de delectu clericorum, &c. Ugolin. de offic. Episc. cap. 16. §. 3. num. 3. nec non dies festos in quibus ab operibus servilibus est vacandum; d. Concil. sess. 25. de reform. d. decreto & sess. 22. in decreto de observand. & evitand. in celeb. M. populo denuntiare: Petr. Gregor. in lib. 1. part. 1. Jur. Canon. tit. 19. cap. 5. Campan. divers. jur. Canon. rub. 12. cap. 13. num. 92.

Diximus Parochorum munus esse Sacramenta administrare, eorum usum, vim, populo explicare; circa quod primò in genere, deinde, parochorum numero & diversitate, sunt consideranda aliqua.

47 *In genere;* Primò; Se ad illa administranda paratos ostendit d. Concil. sess. 24. de reform. cap. 7. Sanci. in select. disput. 47. num. 11. Secundò; Ea, (nisi peccare velint mortaliter) ritibus ceremonisque in Rituali Papæ Pauli V. comprehensis, administrare; Sanci. d. disput. num. 19. Tertiò; Dum administrant, sine peccato mortali esse; cas. ult. caus. 15. qu. 8. c. fin. de cohabit. Cleric. & mulier. Cajetan. tom. 2. opuscul. quest. un. de usuris spiritual. Possevin. d. tract. cap. 5. num. 42. Bonacin. de Sacrament. disp. 1. quest. 3. punct. 2. §. 1. num. 3. Campan. divers. jur. Canon. rubric. 1. num. 102. Licet Sacramentorum validitas non

non pendeat ex ministrante; *Gregor. de Valentia disp. 9. qu. 4. punct. 1. & 2. tom. 4. Quarto;* Debent Sacramentorum conferendorum habere intentionem, saltem implicite; *S. Thomas. par. 3. qu. 64. art. 8. Valent. tom. 4. disput. 3. qu. 1. punct. 24. prope fin. Bonacina d. disp. 1. quast. 3. punct. 2. num. 2. Quinto;* Tempore gravis necessitatis, ut pestis, alteriusve morbi contagiosi, &c. Sacramenta Parochianis suis, etiam cum certo vitæ periculo, dare: *S. Thomas 2. 2. qu. 185. art. 5. Eman. Sa. in Aphorism. verb. Caritas. num. 2. Sayr. in florib. decis. sub tit. de constitut. decis. 39. Rutil. Benson. de fuga tempore post. lib. 1. disput. 1. quast. 1. conclus. 4. Ripa in tractat. de peste. num. 147. Sexto;* Posse, seclusâ Episcopi reservatione, simplici etiam Sacerdoti, ministrandi Sacramenta, (pœnitentiâ exceptâ,) licentiam dare: *d. Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 15. S. Congreg. negotiis Episcoporum. & Regular. præpos. rescripsit Episcopo Castellan. sub die 20. August. 1602. Septimo;* Ni velint in crimen Simonie incidere, pro Sacramentis celebrandis accipere nihil, tanquam pretium, aut mercedem operis seu laboris concomitantis. *can. quicquid. 1. qu. 1.*

Hactenus de Parochorum officio circa Sacramenta in genere, nunc de eo circa singula prælibabimus aliqua; cætera fusius, ubi de singulis Sacramentis sermocinaturi erimus, explicaturi.

Ab iis quæ circa Baptismum, qui cæteris omnibus est janua, c. ve. 48 niens. 3. de Presbyt. non baptiz. Gloss. in can. 1. de consecrat. dist. 4. inchoabimur.

Baptismi ex Pastoralis officio celebrandi minister proprius est Parochus; *Bonacin. de censur. disp. 7. qu. 3. punct. 6. num. 5. Ugolin. de offic. Episc. cap. 15. §. 6. num. 6. non excommunicatus, aut peccat mortaliter: S. Thomas in 4. dist. 5. qu. 2. art. 2. quastionc. 5. Card. Toler. in Instit. Sacerdot. lib. 1. cap. 20. num. 7. non alienus: can. placuit. 7. qu. 1. can. sicut. 9. qu. 2. can. 1. can. nullus. can. Episcopum. can. Episcopi. can. non invitati. 13. qu. 1. c. nullus. 3. de Paroch. nisi conferendo fit in contrarium; S. Congreg. Rit. in Oriolens. 16. Decembr. 1605. baptizandus peregrinetur, certum non habeat domicilium: can. nec numerus. in princ. vers. aut in electo. 10. qu. est. 3. consentiat proprius Parochus: can. interdici- mus. 16. qu. 1.*

Paro-

Orvinius
e Personis
nes, Ecclesiis
G IV
32

Parochus ipse, vel alius cum licentia ejus ad Sacramentum hoc administrandum vocatus, absque cunctatione ulla conferre se debet ad Ecclesiam: indutus superpellicio, & stola violacea consistere ad januam, ab illis qui deferunt infantem, de nomine infanti imponendo, ab patris seu matris inquirere: *Castald. in praxi ceremon. lib. 2. sess. 1. cap. 3.* (Qualiter videbimus loco alio) eos admonere per istam regenerationem contrahi cognitionem spiritualem: *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. matrim. cap. 2.* oneri eos subicere gravissimo: nempe si statuerò pro illis quos suscipiunt fidejussores perpetuos, spondereque pro illis Deo, illos nec à fide, nec à lege vivendo declinatuos: *S. Thom. 3. part. quest. 67. art. 4. in corpore.*

Præterea debet *Parochus* semper, ad administrandum hoc Sacramentum, parata habere; Fontem marmoreum; Vasculum; Duo vasa, saltem ex stanno, in quorum altero chrisma, altero contineatur cereum chymenorum oleum. Omnia nitida & purgata.

49 Delibavimus aliqua de munere *Parochi* circa administrationem *Baptismi*; delibabimus de ejus munere circa *Sacramenti* penitentia administrationem nonnulla.

Nempe: Quod *Parochus* approbatus jurisdictionem habeat ordinariam in foro Penitentia circa Parochiales suos: *Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 5.* sed dependentem, *secund. Anton. Fern. in d. in ex. am. Theolog. moral. part. 3. cap. 6. ex num. 4.* ab Episcopo, quatenus culpam reservationem: *Fagundez. in quinq. Ecclesie præcepta. præ. lib. 7. cap. 2.*

Cui jurisdictioni subiecti sunt non tantum fideles habentes in Parochia domicilium perpetuum, sed & temporale: *Gloss. in Clem. 1. de privileg. Sylvest. in Sum. verb. domicilium. & verb. Parochia. Sanchez. de matrimon. lib. 3. disp. 23. num. 12.* nec non qui in duabus Parochiis contaxerunt domicilium; ita ut diversis anni temporibus in eo habitent: *arg. l. assumptio. 6. §. ult. ff. ad municip. & c. 2. de sepultur. in 6. Nazari. in c. placuit. num. 77. de penit. dist. 6. Sanchez. d. lib. 3. disp. 24. num. 5.*

50 Istius jurisdictionis vi obligantur Parochiani omnes baptizati, ætate xus utriusque, postquam ad annos discretionis, hoc est, post usum rationis perfectum pervenerint, & peccati mortalis alicujus sint confite-

tempore quadragesimali vel Paschali singulis annis confiteri: *Proprio Parocho; c. omnis utriusq. sexus. de penit. & remiss. Concil. Trident. sess. 14. cap. 5. can. 8. Steph. Verins. in constit. 24. ex jure antiq. desumptas. & per Concil. Trident. speciatim innovatas. const. 23. per tot.*

Nec excusantur absolutè habentes peccata venialia, sed tenentur se saltem proprio suo Parocho seu Pastori sistere, eique declarare se sibi non esse confcios ullius peccati mortalis. *Suarez. tom. 4. de penit. disp. 36. sect. 2. num. 9.*

Potest Parochus potestatem audiendi suorum Parochianorum confessiones alteri delegare Sacerdoti: *d. c. omnis utriusq. sexus: Gabriel. in 4. dist. 17. qu. 2. in princ. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 12. qu. 10. dummodo ille ad confessiones audiendas ab Ordinario sit approbatus. Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 17. Valerian. de differ. inter utrumq. forum. verb. Parochus. differ. 4. & verb. nullitas. diff. 5. vers. 7. Garcias de benef. part. 5. cap. 8. num. 132. Gambar. de casib. reservat. cap. 2. num. 20. Qui tamen subdelegare non poterit: per l. ult. ff. de offic. ejus cui mandata est juris d. l. more. ff. de jurisdic. l. à Judice. C. de judicib. Valerian. d. tract. voce jurisdic. differ. 3. num. 6. Nisi solus explere non possit officium suum. Sylvest. in sum. verb. Vicarius. quest. 5. Navar. d. in c. placuit. num. 69.*

Auditurus Parochus confessionem peste correpti, debet, si fieri possit, esse sub aere non infecto: *Chapeauville tract. de modo ministrandi Sacram. temp. pestis. cap. 1. qu. 9. & cap. 3. qu. 29.*

Non debet hoc Sacramentum Penitentiae administrare, nisi presentibus & sibi consentientibus. *Clemens IX. in gener. Congreg. 5. Univerf. Inquis. die 20. Julii 1602. Valerian. d. tract. verb. penitentia. different. 9. in fine. Galleg. de offic. parochor. tempor. pestis. par. 2. num. 56. cum seqq.*

Parochus ad infirmum in mortis articulo constitutum, ad audiendam, ejus confessionem veniens, cumque in tali inveniens statu, ut nullum confiteri possit peccatum; eum tamen absolvere potest; Si quidem ille vel expresse, vel saltem implicite Poenitentiae Sacramentum desideraverit. *Sylvest. in sum. verb. Confessor. 3. num. 16. Suar. tom. 4. de penit.*

Orvinus
de Personis
Ecclesiasticis
G IV
32

penit. disp. 23. sect. 1. num. 5. Card. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 3. cap. 38.
num. 2. Posservin. de offic. Curati. cap. 7. num. 86.

Quod si infirmus poenitentiam inchoatam perficere nequeat, qui forte inter confitendum incidit in phrenesin, vel periculum sit, ne moriatur; cum Parochus absolvere debet statim, & si postea superveniat, aliqua audire peccata, & absolvere denuo. Victor. de Confess. num. 166. Eman. Sa. in Aphorism. verb. Absolutio. num. 9. Posservin. d. cap. 7. num. 89.

54 Caveat sibi Parochus ne poenitentem ad turpia & inhonestos actus sollicitet; ni velit in se tanquam de haeresi suspectum inquiri, poenitente haereticis statutis, subici. Pius IV. sua constit. incipit. cum nuper. Paulus V. const. incipit. Dilect. fili. sub dat. 16. Septemb. 1608. Gregor. XIII. constit. incipit. Univers. Dominici Gregis. sub dat. Roma 30. Augusti. 1622.

In ea incidit qui poenitentem in confessione osculatur, membrum ejus cum delectatione venerea attrahat, eam signo aliquo ad libidinem provocat. Bonacina variar. tract. dispus. 6. de onere & obligat. denotandi. punct. 3. num. 3.

55 Caveat praeterea Parochus sibi, ne quid cujuscunque boni confitendi, aut male evitandi causa, quodvis, vel minimum peccatum, aut si quid aliud sub sigillo confessionis cadit, directe, vel indirecte, ante, vel post mortem confitentis, sine ejus licentia, Medina in Codic. Confess. in cap. de licentia confitentis. ad reveland. Confess. Sylvest. in sum. verb. Confessio. 8. num. 5. Covarr. de sponsat. part. 2. cap. 8. §. 12. num. 11. eaque expressa, & voluntaria. Reginald. d. lib. 3. num. 59. revelet, si fieri velit Sacrilegus. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 3. num. 12. Bonacina de Sacram. disp. 5. qu. 6. sect. 5. punct. 4. de ponti, monasterio ad perpetuam poenitentiam agendam, includi: d. c. omnis utriusque sexus in fin. Menoch. de arbitr. casu 474. num. 9. Onuphr. de sacro sigillo. sect. 1. qu. 2. conclus. un.

56 Debet Parochus confessionale habere in Ecclesia, in loco aperto, & manifesto; habens fenestram crate ferrea oclusam, ne videat poenitentem. Ugolin. de offic. Episcopi cap. 15. §. 8. num. 14. Si sit secularis, dum confessiones audit, habere superpellicem, nisi sit Jesuita, & sibi

nam: S. Card. Congreg. negotiis Episcop. & Regular. preposita in una Albingan. die 8. Novemb. 1588. & in alia sub die 25. Aprilis 1586.

Circa administrationem S. Eucharistiae, quam habent Parochi, notanda sunt sequentia: Nempe esse hoc eorum munus proprium; proinde nullos Sacerdotes, (licet iis competat potestas ordinaria administrandi S. Eucharistiam Christiano Populo, *fac. c. pervenit. de consecrat. dist. 2. Concil. Trident. sess. 13. cap. 8. Sylvest. in Sum. voce Eucharistia. 3. qu. 4.*) citra consensum Parochorum & commissionem in Parochiis posse exercere eam. Ugo. de offic. Episc. cap. 15. §. 7. num. 1. Bonacina. de Sacrament. disp. 4. quest. 5. punct. 1. num. 4. Nisi in casu necessitatis. *can. presente. dist. 94. Tolet. d. tract. lib. 2. cap. 28. Frat. Ludov. Miranda in man. Prælator. tom. 1. quest. 42. art. 3. & 8. Hieron. Roderic. in compend. quest. Regular. resol. 126. num. 7.*

Debent omnibus iis Eucharistiam ex obligatione administrare, tempore Paschatis: *d. c. omnis utriusq. sexus. imò quoties illi id petunt: Navarr. in d. c. placuit. de penitent. dist. 6. num. 152. in die Parasceve tantum infirmis: S. Rituum Congreg. sub die 19. Februarii 1622. Francal. de horis Canon. cap. 30. num. 12.*

Administrare debent dignè; si in peccato mortali existentes hoc faciant, peccant graviter: *Filliuc. in quest. moral. tract. 1. lib. 4. cap. 9. qu. 9. num. 171. Bonacina de Sacrament. disput. 4. quest. 5. punct. 2. Villalob. in sum. tract. 4. dub. 14. num. 2.*

Qui susceptionis huius Sacramenti sint capaces, & ex vi præcepti obligentur (De quibus loco alio) scire debent. Quoties communicant, habere, sub excommunicationis poena, stolam sub modo crucis adpectus: *can. Ecclesiastica. dist. 23. Pro infirmis communicandis communionem sub fideli custodia habere paratam: can. sane 10. de celebr. Missar. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 5. num. 3. vid. Piassec. in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 24. vers. unde primo. ante Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum lampada habere noctu diuque ardentem: Pofsevin. de offic. Curati cap. 12. num. 68. Illam ad infirmos, etiam de nocte, sed non nisi urgeat necessitas, Zambran. de castib. in artic. mort. cap. 3. dub. 1. num. 5. Suar. tom. 3. disp. 66. sect. 5. (De quibus Latine loco commodiore) deferre: *Rota decis. 52. num. 10. 21. Farinac. decis. 340. num.**

Orvinus
e Personis
nes, Ecclesiast

G IV

32

num. 1. part. 2. recent. & quidem honorificè; puta decenti habitu, nundo velamine supposito, cum superpelliceo, lumine præcedente, cum omni reverentia, & honore, vultu ante pectus dimisso, cum vase argenteo, vel saltem in calice, vel serico cooperto, non tamen in vase vitreo; cum pallio honesto, præcedente tintinnabulo, inter eundem Psalmos seu Orationes recitando. *Cened. ad Decretal. collect. 51. num. 2. cum seqq. Fusc. d. cap. 5. num. 10.*

58 Circa Sacramenti Matrimonii, (De quo titulis aliquot ex professio acturi sumus in parte secunda) administrationem, Parochus observare debet sequentia, antequam ad primam veniat denunciationem.

Nempe diligenter inquirere, an contracturi consentiant; & si sint filii familias habeant Parentum & propinquorum consensum: an doctrinam Christianam calleant; si non, monere suaviter ut addiscant. *Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 15. sub n. 19. Campan. in divers. jur. Canon. rub. 11. cap. 14. n. 7. an habeant etatem legitimam, de qua in c. attestatorum & c. litteris c. continebatur. c. puberes. de desponsat. impub. cujas sint; & an eo anno in solemnitate Paschali fuerint confessi, Sacram sum pferint Eucharistiam, si non, ut id faciant hortari: Fernandez. in exam. Theolog. moral. par. 3. cap. 18. §. 1. num. 8. Gutier. de matrim. cap. 83. num. 13. Bonat. d. tract. qu. 4. punct. 6. num. 1. vers. 6. calibatus eorum testimonium scriptum vel certum petere: fac. cap. in presentem. 19. de probat. *Concl. post alios ad Decretal. collect. 171. num. 3. Farinac. in praxi crimin. part. 4. quest. 140. num. 50. cum seqq. Menoch. de arbitrar. casu 420. num. 11. inter diem adventus Domini & Epiphaniæ, & à Feria quarta cinerum usque ad octavam Paschæ inclusive nuptiarum solemnia, ni, sed arbitrarie, puniri velit; Gaer. in repet. can. ad limina. 30. qu. 1. §. 4. num. 550. Fr. Eman. in sum. quest. regul. cap. 24. num. 4. non celebrare, nec benedictiones facere; Concil. Trident. sess. 24. de reformat. matrim. cap. 10. Ricc. in praxi fori Eccles. part. 4. resolut. 557. nec tempore interdicti aut personarum interdictatum matrimonii interessè. Ugolin. de censur. tab. 5. cap. 8. §. 3. num. 1.**

59 Quibus diligenter observatis ad denunciations venire potest Parochus; non obstanto prohibitionem Vicarii Generalis. *Sacra Congreg. Concil.*

Concil. 27. Maji 1617. *Lexana in sum. quest. regul. cap. 12. num. 41. vers. ad 6.*

Civitas Concil. Trident. sess. 24. de *matrim. reformat. cap. 1. in princ.* præcipit; Ut antequam contrahatur matrimonium, nomina desponsorum, *trinis continuis diebus festivis*, in Ecclesia, inter Missarum solemnias, *denunciet* Ipse, vel cum ejus licentia alius, publicè: *Sancti de matrim. lib. 3. disp. 6. à num. 4. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 31. num. 225. Bonac. de matrim. qu. 2. punct. 6. num. 12.* si quidem ambo contrahentes in eadem habitent Parochia; sin in diversis, faciendæ denuntiationes & in Sponsi, & in Sponsæ parochia. *Zerola in praxi Episcop. part. 1. voce matrimonium. §. 5. Possevin. d. tract. cap. 10. num. 8. Sancti d. lib. 3. disp. 6. num. 4. Gutier. de matrim. cap. 56. num. 5. Basil. Pont. d. impediment. matrim. cap. 26. §. 4. in princ.*

Quas denuntiationes nisi ex Ordinarii dispensatione, omittere non potest; *Sancti d. lib. 3. disp. 7. num. 17. Marc. Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. fin. casu 4. nisi ad eam petendam oblit necessitas urgens; Sancti d. lib. disp. 10. à num. 25. Gutier. d. tract. cap. 56. num. 3. & 57. num. 6. Basil. de Pont. d. cap. 29. §. 4. vers. sunt tamen. Reginald. d. lib. 31. num. 224. & num. 236. aliàs peccat graviter: Spin. in speculo testam. gloss. 15. in princ. num. 26. Gutier. d. tract. cap. 56. num. 4. Bonacin. d. punct. 6. num. 8. & 9. Basil. d. tract. lib. 5. cap. 30. num. 3. & est ab Ordinario graviter puniendus. Armendar. ad recapit. Legum Navarræ. lib. 4. tit. 15. leg. 1. de matrim. num. 4.*

Factis dictis denuntiationibus *Parochus* Sponsæ, si nullum opponatur impedimentum legitimam, & habeat *Parochi* Sponsi, si is in alia degat Parochia, fidem subscriptam; ad matrimonii *celebrationem* in facie Ecclesiæ procedere potest.

Potest & *celebrare domi* servata Concilii forma; præstat tamen in Ecclesia, ad quod hortari debet Contrahentes. *Leo in Thesaur. fori Eccles. part. 2. cap. 9. num. 48. Sancti d. lib. 3. disp. 15. num. 20. Basil. Pont. d. tract. cap. 26. §. 2. vers. 3.*

Præsente *Parocho*, seu alio Sacerdote, de Ejus, vel Ordinarii licentia, in duorum vel trium testimonio præsentia validè celebratur Matrimonium. *Concil. Trident. d. cap. 1. Licet Ipse, vel testes detineantur vi,*

Orvinius
de Personis
in Ecclesiis

G IV

32

modò de contrahentium consensu sint certi: *Fr. Eman. in sum. tom. 1. cap. 219. num. 11. Possevin. d. cap. 10. num. 20. Spin. d. gloss. 15. prim. num. 48. & 49. Basil. de Pont. d. tract. lib. 5. cap. 30. §. 5. in fine. iud. Mascard. de probat. concl. 9. Hurtado. de matrim. disp. 5. dist. 15.*

- 62 Imò Parochus, quamvis ad alium finem vocatus, vel casu presens, *Navar. conf. 20. num. 1. sub tit. de sponsal. in antiq. & conf. 11. sub tit. de clandest. despons. in novis. Sayr. in florib. decif. sub tit. de sponsal. decif. 24. Piasec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 4. num. 32. Sanch. d. lib. 3. disp. 39. num. 10. putativus: M^orlain empor. Jur. part. 1. tit. de fideli. strum. qu. 2. num. 26. Costa. de remed. subsid. remed. 127. num. 25. S. Congreg. Concil. 12. Martii 1593. interdictus, suspensus, irregularis, et communicatus, *Sayr. d. loc. decif. 13. Basil. Pont. d. tract. lib. 5. cap. 17. Barbos. d. tract. de off. & potest. Parochi. part. 2. cap. 21. num. 51. & schismaticus, si parochia non privatus: Navar. conf. 8. num. 2. fornicator notorius, Armendar. d. leg. 1. de matrim. num. 19. injultum beneficii habens titulum, Sanch. d. lib. 3. disp. 22. num. 62. Basil. Pont. d. lib. 5. cap. 13. prohibitus, ne assistat, ab Episcopo, aut ejus Vicario, *Sanch. d. lib. disp. 21. num. 11. Basil. Pont. d. lib. cap. 17. num. 13. Gutier. de matrim. cap. 63. num. 25. Barbos. d. loco num. 56. in peccato mortali exultans, Possevin. d. tract. cap. 5. num. 40. Bonacina de Sacram. disput. 1. qu. 3. punct. 2. §. 1. num. 10. assistat matrimonio suorum Parochianorum in Parochia alterius sine Parochi loci licentia; Possevin. d. cap. 10. num. 17. Hurtado de matrim. disp. 5. dist. 6. num. 22. nondum sit Sacerdos, quia Parochia existenti in minoribus ordinibus collata: Leo in d. Theol. for. Eccles. parte 2. cap. 9. num. 39. Frat. Eman. d. sum. tom. 1. cap. 218. num. 9. Zerola d. praxi. par. 2. verb. Parochus. vers. 3. Garc. de benef. part. 9. cap. 2. num. 295. Basil. Pont. d. tract. de impedim. matrim. cap. 2. §. 1. vers. Parochus. valide assistit matrimonio.***

- 63 Nec etiam necesse ut hoc faciat Ipse. Potest enim, si vult, deputare ad hoc alium, sed non nisi Sacerdotem, sui loco. *Concil. Trident. d. cap. 1. vers. vel alio Sacerdote. Navar. conf. 6. num. 2. tit. de clandest. desponsat. Sabag. in c. quamvis. num. 13. de offic. deleg. & ad tit. de sponsal. num. 89. Gutier. de matrim. cap. 62. num. 22. Licet ipse sit irregularis, suscipit*

ſuſpenſus, excommunicatus, *Gutier. d. loco. cap. 62. num. 24. Baſil. Pont. d. tract. lib. 7. cap. 17. num. 14. Hurtado d. tract. diſp. 5. diſt. 8. num. 26. cum ſeqq. degradatus: ſec. Sayr. de cenſur. lib. 5. cap. 22. num. 26. Bonac. d. qu. 2. p̄m̄ct. 8. num. 23. ita tamen, ut hoc faciat expreſſe: Gonzal. ad 8. Reg. Cancell. Gloſſ. 47. num. 52. Reginald. Menoch. de arbitr. caſu. 453. num. 13. & 14. & conſ. 398. num. 15. Baſil. Pont. d. tract. de imped. matrim. cap. 6. §. 6. verſ. licentia. etiam voce tantum viva: Fr. Eman. d. parte. 1. cap. 219. num. 13. Navar. conſil. 41. num. 1. tit. de ſponſal. in antiq. Ugolin. de irregular. cap. 6. §. 7. num. 3.*

Haecenus de libavimus nonnulla ad officium Parochi circa admi-
64 niſtrationem Sacramenti Matrimonii ſpectantia; tranſeamus nunc ad
delibationem eorum, quae ei incumbunt circa adminiſtrationem Sacra-
menti Extremae Unctionis Parochialibus ſuis.

Debet illud adminiſtrare Ipſe, non poteſt Sacerdos alius ſine pec-
cato gravi, niſi habeat à Parocho facultatem: *Sylveſt. voce Unctio Ex-
trema. num. 4. Zambran. de caſib. in art. Mortis. cap. 5. dub. 8. num. 2. Lu-
dov. à S. Joanne, de adminiſt. Sacrament. art. 5. de extrema unctione, num.
22. aut Parochus abſit, aut non poſſit, aut malitioſe nolit adminiſtrare:
Cajet. verb. Excommunicatio. num. 64. Armil. eod. verb. num. 49. Zam-
bran. d. tract. cap. 5. dub. 8.*

Poteſt, ſed ex cauſa neceſſitatis, *Bonacin. d. tract. diſp. 7. qu. un.
p̄m̄ct. 4. num. 7. dum adminiſtrat ſibi adjungere Sacerdotes alios. Poſ-
ſerri. d. tract. cap. 9. ſub dubio. 8.*

Obſervare debet ritus, & caeremonias in rituali expreſſas, aut con-
65 ſuetudine, vel Epiſcoporum conſtitutionibus introductas.

Ceterum de hoc & aliis Sacramentis, nec non Juribus Parochis
competentibus, tractaturi erimus alibi ſingularibus titulis.

TITU-

Orvinius
de Personis
nec Ecclesiasticis

G IV
32

TITULUS III.

De iis, qui in Sacris constituti.

SUMMARIUM.

Continuatio materi arum ad precedentes.

Postquam locuti fuimus de iis personis, quæ & in Sacerdotio Sacris sunt constituti; loquendum iudicamus de iis, qui quidem non sunt in Sacerdotio, sed tamen in Sacris. Nomen nunc de Diaconis & Subdiaconis. (Qui aliquando Sacerdotibus appellantur, sed abusive.) Et propter nominis non tantum affinitatem, sed & ordinationis cum Diaconis similitudinem, faciemus & Diaconissarum mentionem, & hæc, ad evitandam confusionem, singulis titulis. Quos connectit hic titulus.

TITULUS IV.

De Diaconis & Diaconatu.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|----------------------------------|
| 1. Continuatio. | <i>Apostolis.</i> |
| 2. Diaconatus an Ordo. | 8. An debeant esse calibæ. |
| 3. Ejus materia qua. | 9. Cujus ætatis. |
| 4. An traditio Evangelii. | 10. Quarum qualitatum. |
| 5. Diaconatus qua forma. | 11. Officium eorum quomodo olim. |
| 6. Unde origo. | |
| 7. An hi, de quibus loquimur, diversi à creatis ab olim. | 12. Quod hodie vi Cantuarum. |

Uia dicturi de *Diaconis* Græcè dictis, Latinè *Ministris*, can. 1
cleros. vers. Græce Diaconi. dist. 10. quia Sacerdoti mini-
 strant; idè & de *Diaconatu*, de eoque tria inquirenda judi-
 camus; Nempe *materiam & formam*; deinde *Diaconorum*
officium.

Circa quæ in Scholis concitari solent turbines & fatis nimbofi.

Dicimus *Diaconatum* esse ordinem, & imprimere characterem; 2
 perinde ut Sacerdotium. Nec enim concipi potest Sacerdos sine Dia-
 cono & Ministro. Redundat enim necessariò relatio, qua Sacerdos for-
 tur in sacrificium, in *Diaconum*.

In ejus per Episcopum creatione considerari solent duo, *materia*
 & *forma*. Sic enim loquuntur Scholastici.

Quoad *Materiam Diaconatus*, horum sententiæ sunt quatuor. 3

Prima, vult eam esse solam manuum impositionem; S. Bona-
 ventura in 4. dist. 24. 1. part. art. 1. qu. 4. Durand. ibid. qu. 3. num. 7. &
 8. Scot. ad eand. distinct. qu. 1. *Secunda*, præter illam dicit adesse debe-
 re stolam, Dalmaticam, & Evangelii traditionem. Medina lib. 1. de con-
 tinentia. cap. 39. Sichardus Cremonensis Episcopus, lib. 2. de Institut.
 Eccles. cap. 2. explicatâ impositionis manuum necessitate, loquitur sic;
 Postea dat ei stolam super humerum sinistrum Episcopus, dicens; Accipe
 stolam candidatam de manu Domini, &c. Et postea, ut intelligat se esse
 Christi præconem, tradit Evangelium, dicens; Accipe potestatem legendi
 Evangelium tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Domini. Hac
 resigitur, & hæc verba sunt hujus Sacramenti substantia. Dalmatica
 vero sicuti datur, solemnitas est, & non substantia. Tertia; manuum
 impositioni solam addit libri Evangeliorum traditionem. S. Thomæ
 qu. 97. art. 5. ad quintum & quest. 38. art. 1. ad 1. Cardin. Hostius in Con-
 fess. Cathol. cap. 52. Card. Bellarm. de Sacram. Ordin. cap. 9. Isambert. de
 eod. disp. 3. art. 3. Koning. disp. 20. de eod. dub. 7. conclus. 3. Quarta;
 dicit sufficere Evangelii traditionem, ita Sylvester in Sum. verb. Ordo. 2.
 num. 3. Gregor. de Valentia disp. 9. qu. 1. de Sacram. Ordin. punct. 5. Me-
 rarius tract. de Ordine. disp. 6. sect. 1. tom. 3. in Summ. S. Thomæ.

Quarum sententiarum quæ sit verior, non hic est nostrum exa- 4
 mina-

Rr

mina-

Orvinius
 e Personis
 nes, Ecclesiæ

G IV
 32

minare, eam examinationem relinquimus Theologis: Dicimus tamen nullos Authores antiquos, qui de Ordinibus scripserunt Ecclesiasticis, Traditionis Evangelii meminisse, ut *S. Isidor. lib. 2. cap. 8. de divinis Officiis*. Imo *Amalarius lib. 2. de Ecclesiast. offic. cap. 11. & 12.* evidenter Evangelii traditionem excludit à Diaconi ordinatione; Sic enim scribit; *Primo tempore Diaconus non legebat Evangelium, quod nondum erat scriptum: Sed postquam statutum est à Patribus nostris, ut Diaconus legeret Evangelium, statuerunt ut & Subdiaconus legeret Epistolam. Adidit tamen eodem loco; Miror quia de re sumptus usus in Ecclesia nostra, ut Subdiaconus frequentissime legat lectionem ad Missam, cum hoc non reperiat ex ministerio sibi dato in consecratione commissum, neq. ex literis canonis, neq. ex nomine suo.* Et in fine cap. 12. dicit; *Additur unum ministerium Diacono, id est, ut legat Evangelium, quod in primo tempore non legebatur.* Concilium Carthageniense IV. sic loquitur; *Diaconus cum ordinatur, solum Episcopus qui eum benedicit, manus super caput illius imponit, quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.*

Postea, licet ipsi Apostoli eorumque Successores Missam tantum Epistola & Evangelio celebraverint, eamque inchoaverint ab his Canonis verbis; *Hanc igitur oblationem, &c.* *Alcuinus de divinis offic. cap. 2. de celebrat. Missæ.* *Walfrid. Strabo de rebus Ecclesiast. cap. 22.* *Amalarius tract. lib. 4. cap. 20.* & ante eos *S. Gregor. Joan. Diaconus lib. 2. in ejus vita* tamen invaluit mos solennis lectionis Evangelii inter Missarum solemnias faciendæ per *Diaconum*; ita tamen, ut non pertineret ad ipsum Sacramentum.

Et certe mos ille, tam in Ecclesia Græca, quam Latina, invaluit temporibus antiquissimis in multis locis; *S. Clemens lib. 2. de Constit. cap. 57.* post attributas veteris Testamenti & Apostolicas lectiones Leutori, lectionem Evangelii non solum attribuit *Diacono*, sed *Ei* vel *Presbytero*. *S. Hieronymus in Epist. ad Sabiniānam dicit; Evangelium Christi quasi Diaconus lectitabas.* Dicta confirmantur per Concilium Valense II. sive III. anno 529. celebratum *can. 21.*

Sed rursus pro variis temporibus & gentium varietate variaverunt. Verum tamen rationem solennis Evangelii lectionis *Diaconum* tributa, non fuisse, quod in ejus ordinatione illi Evangeliorum traderetur.

Codex. Sacramentaria enim antiqua, licet in Missa ordine Evangelice lectionis à Diaconis facta faciant mentionem, nusquam tamen cum Diaconi enarrant ordinationem, traditionis Evangelii faciunt mentionem.

Lectiones tamen Evangelii quia fiebant in Ecclesia veteri cum apparatu & solemnitate magna, decorum iudicatum fuit & Ecclesia gravitati consentaneum eas fieri à viris gravibus & honoratis: Scribit Sozomenus; *lib. 7. Histor. Eccles. cap. 19. Hinc etiam sacrum Codicem Evangeliorum hic Alexandrie legit solus Archidiaconus, apud alios vero Diaconi: In multis etiam Ecclesiis soli Sacerdotes; diebus autem solemnibus Episcopi, ut Constantinopoli prima feria Resurrectionis Dominice.*

Hactenus de materia Diaconatus; & de quaduplici circa eam sententia; Nunc de eius forma.

Circa eam itidem sententia quatuor sunt diversae. Quemadmodum enim, cum Morino de sacris Ordinatis. part. 3. exercit. 9. de Diaconis. cap. 1. de Diaconatus materia quaduplicem retulimus sententiam & approbavimus unam; sic & faciemus nunc.

Dicimus tamen, cum eodem, iisdem auctoritatibus quibus tres posteriores de materia Diaconatus sententiae sunt confutatae, confutari tres posteriores de forma Diaconatus sententias.

Nam, ut loquitur, destructa materia, quae subest forma, necesse est, ut simul evanescat forma. Accedit, quod formae nihil sint aliud quam verba quaedam solemnia ab Ordinate, cum profert materiam, & subicit pronuntiata. Ex quo sequitur si materiam demonstratur nunquam esse ab Ordinate subjectam, verba illa solemnia nunquam fuisse pronuntiata.

Prima ergo sententia, quae materia, manus scilicet impositionis, formam esse ait haec verba, quae pronuntiat Episcopus, cum Diacono imponit manus; *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, ad resistendum Diabolo, & tentationibus ejus in nomine Domini.* est preferenda. vide praeter Morinum d. loco. Petr. Sot. lect. 5. de Sacram. ord. Henric. d. l. in sum. lib. 10. cap. 8. §. 1. & 2. Vasq. in 3. part. disp. 248. cap. 4. Ochogaviam de Sacram. Ord. qu. 4. num. 12.

Quam & Pontificale Romanum & diversarum Provinciarum Pontificale

Rr 2

Ponti-

Orvinus
2. Personis
nes, Ecclesiarum

G IV.
32

Pontificalia videntur sequi; non tamen est antiqua: Nec enim ulli rituales, ulla antiqua Sacramentaria, imò ulla recentia ante annos quadringentos scripta, representant illa verba. Nec ulli divinatorum Officiorum Auctores, ut *Isidorus, Alcuinus, Amalarius, Rabanus Maurus, Ivo Carnotensis, Lombardus, aliique*, commemorant verba illa, licet *Diaconi ordinationem* explicent minutè: nec eorum faciunt mentionem rituales sive antiqui, sive recentes.

Sed pro instituto nostro de his satis. Loquendum nunc de *Diaconorum origine, munere & Officio.*

6 *Originem* plerique, tam antiqui, quam recentiores, à Levitis antiquis repetere solent; *d. can. clericos. vers. Grace Diaconi dist. 21. S. Clemens lib. 2. Constitution. cap. 25. inquit; Episcopi namq; sunt vestri Pontifices; Sacerdotes verò vestri sunt Presbyteri: Levites autem vestri, qui nunc sunt Diaconi.* Et S. Hieronymus *in fin. epist. 85. ad Evagrium*, ait, *Et ut sciamus traditiones Apostolicas sumptas de veteri testamento, quod Aaron & Filii ejus, atq; Levite in templo fuerunt, hoc sibi Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi vindicant in Ecclesia.* Expressè dicit S. Hieronymus *libro 2. de Offic. Eccles. cap. 8. Diaconorum origo à Levi tribu accepti exordium.* Confirmant hoc Concilium Aquigranense *can. 7. Amalarius lib. 2. de offic. Eccles. cap. 12. Rabanus Maurus de instit. Cleric. lib. 1. cap. 7. Ivo Carnotensis. serm. 2. de reb. Ecclesiast. aliique Vcteres.*

Quis eos primitus instituerit, disputant Doctores, nonnulli volunt *Salvatorem nostrum* hoc fecisse, alii *Apostolos.*

Apostolos Durandus *in ration. divin. offic. lib. 2. cap. 3. Salmeron. in cap. 3. Actor. Cardinalis Bellarminus tom. 2. lib. de Sacram. Ordin. cap. 6. Cardinalis Baronius. tom. 1. Annal. anno Christi 34. pag. 269. fusi auctoritate d. cap. 6. Actor. ubi dicitur B. Stephanus Diaconus.*

Sed à *Salvatore nostro* institutos communis Theologorum est opinio: *Fundamentum* eorum est *Duplex.* *Primum:* Quia hic ordo est Sacramentum, & constat omnia Sacramenta à Christo ante ejus ascensionem fuisse instituta. *Secundum;* Quia hoc fecit per se, nec ullius institutionem commisit Apostolis. *Card. Cajet. in d. locum Actor. 6. & 1. Timoth. cap. 3. Vasq. tom. 3. disp. 236. cap. 4. num. 49. Roderic. à Cunctis in comment. ad can. Diaconus. dist. 23.*

Diaconi, ab Apostolis creati, curam habuerunt viduarum, pupil-
 lorum, pauperum, aliarumque personarum miserabilium. *d. loco Actor.*
 6. Dicit S. Hieronymus, in factum Diaconorum invehens; *Quis pati-*
atur, ut mensarum & viduarum minister supra eos se tumidus offerat, &
quorum precibus Christi corpus, sanguisq. conficitur? &c. Sciant, quare Di-
aconi constituti sunt; legant acta Apostolorum, recordentur conditionis sue.

Rectè ergò Patres Græci in Concilio Trullano congregati illam
 creationis Diaconorum, (ut putant fuisse multi) causam asserere re-
 formidarunt. *can. 16.* Quapropter Diaconos sive Ministros ab A-
 postolis creatos, negaverunt esse Diaconos sacris mysteriis fervientes; fu-
 isse tantum bonorum quæ donabantur Apostolis Oeconomos & Dif-
 pensatores. Allegato etiam S. Chrysostomi testimonio in probatio-
 nem sententiæ suæ. *Morin. d. loco.*

Fuere ergò *Diaconi*, de quibus Nobis est sermo: electi ex institu-
 tione Divina: *Valent. tom. 4. disput. 4. qu. 1. punct. 2. vers. ad hac. Henriq.*
in sum. lib. 10. cap. 2. §. 2. Durant. de ritib. Eccles. lib. 2. cap. 23. Et erant
 Durand. *in 4. dist. 24. qu. 2. num. 2. Cajetan. tom. 1. opuscul. tract.*
11. arg. 11. & Salmeron. d. loco. Actor. 6. dum expressè volunt *Diacona-*
tum & Subdiaconatum non fuisse institutos à Christo, nec esse Sacra-
 menta. Incurrunt in Concilium Florentinum quod postquam dixit
 Ordinem esse Sacramentum, illiusque materiam explicavit & formam,
 continuo ponit exempla in Ordine, Sacerdotii, Diaconatus & Subdia-
 conatus; & Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 2. & 3. & 6.* ubi ait;
Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divina ordinatio-
ne institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris, id est,
Diaconis, anathema sit.

Meritò ergò, contra Durand. & Cajetan. sustinent Doctores alii,
 ut *Henriquez. in sum. lib. 10. cap. 3. Valent. tom. 4. disp. 9. qu. 1. puncto 4.*
Vasq. in 3. part. tom. 3. disp. 237. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 27.
qu. 1. Comit. respons. moral. lib. qu. 49. num. 1. cum seq. Diaconatum &
Subdiaconatum à Christo fuisse institutos, & esse verè, & propriè Sacra-
menta. Nec obstat primò; auctoritas D. Cypriani relat. in can. Domi-
nius. ad fin. dist. 93. Quia ibi tantum dicit Christum non ordinasse Dia-
 conos, sicut ordinavit Presbyteros & Episcopos, ex eo enim non sequi-

Rr 3 tur,

Orvinus
 2 Personis
 nes, Ecclesiæ

G IV

32

tur, non instituisse illum hunc Ordinem: constituit enim Sacramentum Confirmationis, nec ullum confirmavit. *Vasq. d. disp. 237. cap. 1.* Nec ad verfat *secundo*; Anaclerus Papa, *in epist. 13. cap. 1. ad fin. ubi post enumerationem Ordinum Sacerdotum & Episcoporum, sic aliter; Amplius quàm isti duo Ordines Sacerdotum, neq. Nobis à Deo collati sunt, neq. Apostoli docuerunt.* Non enim loquitur de ordinibus omnibus, sed tantum de istis duobus. *Medina dist. lib. 1. de continentia. cap. 47.*

Porro ex eo, quod diximus, *Diaconi ordinationem esse Sacramentum, & quidem ab ordinatione Sacerdotis distinctum*, quis sibi imaginari posset, Nos plura quàm septem esse Sacramenta, statuere. Ab istis non sunt. Singuli Ordines per se sunt quidem Sacramenta, numerantur tamen & considerantur tanquam unum solum Sacramentum Ordinis; *Primo*, propter respectum & Ordinem quem habet ad Sacramentum, in quo in tota sua perfectione consistit hoc Sacramentum. *Juxta* axioma illud Philosophicum; *Quando unum est propter alterum, ubi unum tantum.* *Secundo*; Quia, licet Sacra Sacerdotis ordinatio & Diaconi non conveniant specie ultima, utpote eandem non habentes materiam, formam, effectum, neque ad eundem finem tendant proxime, nihilominus tamen conveniunt inter se cum *proximi generis nomine*, quippe utrumque est Ordinationis Sacramentum, tum etiam *ordinis*, quatenus referuntur ad eundem finem principalem; videlicet ad efficiendum corpus Christi, & per quandam connexionem ad sacrificandum corpus Christi mysticum. *vide Castrens. ad vers. hares. cap. 60. Ordo. 5. Campan. in divers. jur. Canon. rub. 2. num. 14. Perr. Sor. loc. 4. de Sacram. Ordin. Barbosa lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 34. num. 10.*

8 *Ordinandus est Diaconus talis, qui sperat, Deo juvante, se continere posse; can. quicumq. dist. 77. Esse enim debet castus. Propter quod ab Ecclesia initio Diaconis fuit matrimonii prohibitum; Canon. 25. Apostol. Card. Bellarm. lib. 1. de Clericis. cap. 19. Sanchez. de matrim. lib. 7. disp. 27. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 9. ex cap. 13. Ordinati tamen, propter defectum calibum, ad ministeria sacra idoneorum, fuere illo tempore uxorati; can. Diaconi. dist. 28. postea sancitum ut promitterent continentiam. fac. can. 1. dist. 27. can. 1. dist. 31. c. conjugatus. de conversat. conjug.*

Cujus autem *atatis* ordinandus esse debeat, non conveniunt cano-
nes; In veteri Testamento, *Levite*, (Quorum, ut diximus, typum ge-
nerunt *Diaconi*) annorum esse debebant viginti quinque: *fac. can. in ve-*
teri. dist. 77. Quam etiam requisivit Ecclesia Christiana primitiva: *can.*
placuit. can. Episcopus. d. dist. can. nemo. dist. 78. Novel. 123. cap. Presby-
terum. Ex constitutione Clementis V. in Concil. Viennens. ut ref. in
Clem. generalem de at. ordinand. sufficiunt anni viginti secundum Con-
cilium Trident. *sess. 23. de reform. cap. 13.* requiruntur *viginti tres.*

Debet præterea habere *testimonium bonum*, in minoribus ordini-
bus probatus, litteris & iis, quæ ad exercendum Ordinem pertinent, in-
structus: *d. Concil. Trident. d. sess. cap. 13. Narbona de atate ad omnes*
altus human. requis. annor. 23. qu. un.

Principale & *palmare* *Diaconi ministerium* & officium est *Sacerdo-*
tim ministrare. Ideoque, ut supra diximus, *Diaconus*, hoc est, *Minister*
sal. i. g. v. dicitur.

Est autem *Diaconus* Sacerdoti ita necessarius, ut Sacerdos sine eo
fungi non possit officio suo. S. Isidorus *d. tract. lib. 2. cap. 8. de Dia-*
conis scribit; *Ipsi clara vocem modum præconis admonent cunctos, sive in*
orando, sive in flectendo genua, sive in psallendo, sive in lectionibus audien-
do; Ipsi etiam ut aures habeamus ad Dominum clamant; Ipsi quoque evan-
gelizant; Sine Ipsi Sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam sic
ut in Sacerdote consecratio, ita in Ministro dispensatio Sacramenti. Illi
orare, Huic psallere mandatur. Ille oblata sanctificat, hic sanctificata dis-
pensat. Ipsi etiam Sacerdotibus propter præsumptionem non licet de men-
sa Domini tollere calicem, nisi eis traditus sit à Diacono. Levite inferunt
oblaciones in altaria, Levite componunt mensam Domini, Levite operiunt
arcam testamenti. Non enim omnes vident alta Mysteriorum quæ operiuntur
à Levitis; ne videant qui videre non debent, & sumant qui servare non
possunt.

Eadem repetit ex dicto S. Isidoro, & confirmat Concilium Aquif-
gran. *cap. 7.* & Rabanus Maurus. *lib. 1. de institut. Clericor. cap. 7.* Lon-
ge plura habet Auctor tractatus de Septem Ordinibus inter opera S. Hie-
ronymi. Quibus addunt Alcuinus; Amalarius *lib. 2. de offic. Eccles.*
cap. 12. alia; Non tamen eis conceditur, ut inquit Concilium Arela-
tense.

Orvinius
Personis
nes, Ecclesiarum

G IV

32

tense. 2. *can. 15.* & Carthageniense. 4. *can. 38.* Corpus Christi presente Presbytero, citra ejus consensum Populo tradere.

Præter dicta etiam Martyrum & Confessorum, aliarumque miserabilium personarum, in carceribus fidei Christianæ professionis, & captivorum, gerere solebant curam, distribuere iis fidelium oblationes, suppeditare omnia victui necessaria, excipere eorum vota, postremaque voluntatis placita deferre ad Episcopum. *Concil. Carthagen. can. 43. Aurelian. lib. 5. cap. 120.*

Imò olim in omnibus Officiis Ecclesiasticis Diaconis erant officii Populi oblationes Episcopo celebranti offerebant; *euſtazian* in Ecclesia & confessus decorem procurabant; Populum speculabantur, neve citaret murmur, aut se gereret insolentius, in officio continebantur. *Constit. Apostol. can. 27. & 58.* Episcopo prædicanti adstant, ne qui mali auricommodi ei inferretur observantes diligenter: *Euarius in Epist. teste in epist. in c. Diaconi qui. dist. 93. relata.* Per eos Episcopus omnia ferè Ecclesiastica negotia cujuscunque generis gerebat: *videatur S. Clemens in epist. 1. ei vulgo attributa. & lib. 2. Constit. cap. 44.* negotia necessaria in Comitatu Imperatorum expediebat: *Concil. Sardicense. can. 8. & 9.* ad Concilium provinciale post Presbyteros ingrediebantur. *Concil. Toletan. 4. can. 4.*

Hinc fastu turgidi, conati fuere nonnunquam sese ipsis æquari Presbyteris, & etiamnum præsidere. Teste, & tali resistente accertum D. Hieronymo *epist. 85. ad Euagrium.*

Quem, sed cum fastualio, postea multum represserunt Episcopus, ut conqueritur dictus Auctor. *tract. de septem Ordinibus Ecclesie.*

12 Sed videamus nunc, qualia in dictis antiquis corpori Juris Canonici sint inserta, & quale hodie Diaconorum sit Officium.

Est illud assistere Sacerdotibus; eis in omnibus, quæ aguntur in Sacramentis, ministrare; oblationes ad altare deferre; *can. perlectus dist. 25.* Evangelium populo legere, seu decantare; *Durant. de ritibus Ecclesie. lib. 2. cap. 23. num. 3.* dum hoc facit altiorem locum ascendere. *Turrecrem. in can. Apostolica. de consecrat. dist. 1. Durant. d. cap. num. 11.* faciemque versus Aquilonem (per quem designatur Diabolus) vertere; *Alcuin. d. tr. de divin. offic. cap. de celebrat. Missæ. Durant. d. lib. 2. num. 11.*

num. 14. Evangelium publicè prædicare; d. can. perfectis. ibi prædicare. can. in sancta. dist. 92. ibi ad prædicationis officium. Hugo de S. Victore. lib. 2. de offic. Eccles. part. 3. cap. 11. Raban. Marus, lib. 1. Instit. Sacerdot. cap. 7. non tamen vi suæ ordinationis; de qua can. adjicimus. 16. qu. 1. ubi Gloss. verb. Sacerdotis. Gabr. in 4. dist. 24. qu. 1. art. 3. vers. Diaconorum officium. sed ex Episcopi, Prælati, vel alterius habentis ad illud munus jurisdictionem, licentia; Navarr. cons. 7. de offic. deleg. Valent. tom. 4. disput. 9. de Sacram. Ordin. qu. 1. punct. 3. nec non, sed cum ea, solemniter baptizare: can. Diaconus. dist. 93. can. constat. de consecrat. dist. 4. Moscon. de majest. milit. Eccles. part. 2. lib. 1. cap. 1. Non, nisi extreme, ob longam Episcopi, aut Presbyteri absentiam, necessitate urgente, idem, sed non solemniter, facere; Gloss. verb. necessitas. in d. can. Diaconos. can. constat. baptisma. 19. de consecrat. dist. 4. si faciant fiunt irregulares: Navar. in man. cap. 22. num. 7. Henriquez. in sum. lib. 2. de Baptismo cap. 29. §. 1. Barbof. d. lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 35. num. 29. cum seqq. Nec possunt citra casum necessitatis, vel absentia Sacerdotis, d. can. Diaconos. can. presente. dist. 93. B. Joan. de Capistrano. de auctor. Ecclesia. fol. 51. vers. septimo Diaconatus. Sebast. Casar. in relect. de Eccles. Hierarb. part. 2. disp. 9. §. 2. num. 11. Eucharistiam fidelibus administrare. c. firmiter. vers. si verò. de sum. Trinit. Durand. in ration. divinor. offic. lib. 2. cap. 9. num. 12.

TITULUS V.
De Diaconissis.
SUMMARI A.

- 1. Continuatio. consecrata erant Diaconissa.
- 2. Diaconorum & Diaconissarum similitudo.
- 3. An omnes mulieres Deo
- 4. Quotuplices ista.
- 5. Virgines.
- 6. Vidua.
- 7. Ha-

Orvinus
e Personis
nes, Ecclesiarum
G IV
32

7. Harum consecratio an eadem cum virginum.
 8. Uxores Clericorum quomodo in Ecclesia Græca & Latina considerate.
 9. Diaconissa, de quibus hic, quales eligebantur.
 10. Quæ requisita atas.
 11. Quomodo ordinabantur.
12. Ordinationis mentionem facit Justinianus.
 13. An fuerit vera.
 14. Diaconissa annuntiantur Clericis.
 15. In quibus Earum constituerunt ministeria.
 16. Postea abrogata, & quando, & in qua Ecclesia prius.

1 **S**ubnectimus Titulo præcedenti hunc; quia Diaconissa & in Ecclesia Latina, & Græca aliquod munus & dignitate habuerunt olim. *Barbof. lib. 1. jur. Ecclesiast. univ. cap. 36. in principio.* Rituales Græci Nobis tradunt Diaconissarum ordinationem, similibusque prope ritibus & verbis, quibus Diaconorum, administratam.

2 Utraque enim ordinatio *χαροβία*; & *χαροβία* dicitur: Utraque ad altare ab Episcopo celebratur, & eodem Lyturgie loco: In utraque manus imponitur, dum adprecatur Episcopus: In utraque stola collo apponitur, in altari Ordinatus & ordinata communiantur, eodem sanguine Christi plenus, ut ex eo degustent, in manus tractatur. *res. Merino de Sacris ordination. exercit. 10. Diaconiss. cap. 1.*

3 Erant mulieres Deo consecrate; quia tamen non omnes mulieres tales erant Diaconissa, distinguendum cum Veteribus inter Eas.

4 Ergo Mulierum Deo consecratarum & ad perpetua castitatis vel virginis observationem obligatarum quatuor, ut referunt Patres, erant genera.

5 Primum erat *Virginum*, quæ Deo vocebant virginis castitatem; De quibus innumera exempla habemus in Epistolis S. Ignatii, Clementis Romano, Concilio Eliberitano, Tertulliano, S. Cypriano; aliisque.

6 Secundum erat *Viduarum*, quæ defuncto marito castitatem voce-

banr Deo, ut Virgines Virginitatem. Nec, ut & hæ, ullo fungebantur officio in Ecclesia.

Consecratio tamen harum differabat à Consecratione Virginum. 7
 Quarum & consecratio & velatio pertinebat ad Episcopum. Vidua
 ad Presbyterum: Velum ab Episcopo consecratum Episcopus
 consecrata imponebat Virgini: Velum ab Episcopo vel Presbytero
 consecratum ipsa vidua sumebat de altari, & imponebat sibi: *Concil.
 Carthagen. 2. can. 3. & 3. can. 36. Concil. Hispal. 2. can. 70. S. Leo Papa.
 epist. 88. Gelas. epist. 1. sive 3. cap. 15. 23. Zacharias, epist. 7. cap. 6. Non
 benedicebatur vidua, nec à Presbytero, nec ab Episcopo: Gelas. dicit:
 d. Ico. De Viduis sub nulla benedictione velandis superius latè sufficien-
 ter, prædiximus. Concil. Turonens. II. can. 21. ait: Omnes sciunt, quod
 nunquam in Canonicis libris legitur benedictio vidualis; quia solum pro-
 posium illi sufficere debet.*

Tertium mulierum Deo consecrarum genus complectebatur 8
 Clericorum uxores, quibus cohabitare cum maritis suis non licebat.

Quoad has alia in Latina Ecclesia, alia in Græca erat consuetudo. In
 illa plerunque maritorum ferebant nomen: Episcopi uxor, dicebatur
 Episcopa: Uxor Presbyteri Presbyterera: Uxor Diaconi Diaconissa, si-
 ve Diacona. Cujus consuetudinis in Hac nulla existunt exempla. Rati-
 o: Græci Presbyteri & Diaconi utebantur uxoribus suis, quapro-
 pter ex consecrari non poterant. In Ecclesia verò Latina cum Episco-
 pi, Diaconi conjugati ordinabantur, eorum uxores perpetuam vove-
 bant castitatem; licet ingredi monasterium non tenerentur. *Concil.
 Tolosan. 1. can. 18. Epauense. can. 32. Aurelian. I. can. 15. Braccarenf.
 collect. Canon. cap. 29. Videantur Concil. Turon. II. can. 14. & can. 20.
 Anysiodor. cap. 21. Gregor. II. in Concil. Rom. can. 1. Zacharias Papa in
 Concil. Rom. cap. 5. can. Presbyter. dist. 23. Induebantur tamen vestibus
 peculiaribus professioni idoneis. S. Gregor. lib. 7. Ind. 2. epist. 7.*

Quartum & postremum genus mulierum Deo consecrarum,
 (de quibus ex professo tantum sumus tractaturi) spectat Diaconissas seu
 Diaconas propriè dictas.

Eligebantur ad hoc munus aut virgines, aut viduæ, quæ tamen 9
 unico contentæ fuerant thoro conjugali. *S. Paulus. cap. 5. 1. epist. ad
 Timoth.*

Orvinus
 e Personis
 nel, Ecclesiæ

G IV
 32

Timoth. vers. 9. S. Clemens I. in lib. 6. constit. cap. 17. dicit: Diaconissa debet eligatur virgo pudica, si autem non fuerit virgo, sit saltem vidua, qua non nupsit, & fidelis, atq. honorata sit. S. Epiphanius ad calcem libror. contra hereses. sic ait; Et ipse sunt etiam, quae in unis nuptiis continentur se habuerint, ut ab unis nuptiis viduitatem servaverint, aut semper virgines sint. Similiter Concilium Carthaginense IV. cap. 14. & Imp. Justinianus in Novel. 6. cap. 6. ait; Volumus autem, & ipsas, quae ad ordinationem perducuntur Diaconissas, sive ex viduitate sive ex virginitate. &c. Idem vult S. Clemens lib. 3. constit. cap. 7. Viduas Diaconissis obedire. Concilium in Trullo can. 48. statuit, ut Episcopi uxor, postquam consecratus est, ingrediatur monasterium; Sin autem digna visa fuerit, etiam in Diaconatus dignitatem provebatur.

10 *Etas, quae in Diaconissarum numerum adscribendis requirebatur, reperitur diversa; Nam aliquando fuit annorum quadraginta statutum, ut in Concilio Chalcedon. can. 15. relato in can. Diaconissam. 25. quod ubi praecipitur, ne Diaconissa ante annos quadraginta ordinetur, pro quo fiat probatio diligens; quod si susceperit ordinationem, & quanto tempore observaverit ministerium, & postea se tradiderit nuptiis injuriam faciens Dei gratiae, sit anathema, cum eo, qui in nuptiis ipsa convenit. Campan. in divers. jur. Canon. rub. 11. cap. 2. num. 3. Non nunquam etas sexagenaria reperitur praescripta secund. S. Paulum in loco. & Concilium Nicenum cap. 74. Vult Zonaras ad 15. Concilium Chalcedon. can. prius illud tempus annorum quadraginta virginibus quae nondum virum passa, minus accenduntur nuptiarum desiderio; posterius vero viduis deligendis fuisse statutum, utpote quae propter voluptatis experientiam majore indigerent examine, & probatione, quod probant Lator. var. Lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 34. num. 3. et alig. hinc Pamel. in schol. 72. in lib. Tertulian. de exhortat. castitat. Seb. Casar. de Eccles. Hierarch. part. 2. disp. 9. §. 3. num. 4. & 5. Narbona de etate ad omnia humanae actus requis. an. 40. qu. 3. per tot. Patres Concilii Trullani can. 40. aliam ineunt conciliationis rationem; scilicet Patres, qui Diaconissam annorum quadraginta permiserunt recipere, vidisse Ecclesiam Dei gratia potentiorum ac robustiorum evasisse, & aliter*

alterius procedere ad divinorum mandatorum observationem, firmitatem, ac stabilitatem.

Ordinabantur ergo hæc Diaconissa cum benedictione & caeremonia: teste Tertulliano, qui lib. de exhort. ad castitat. cap. ult. in fin. loquens de ordinandis viduis, dicit; *Quantæ igitur, & quæ in Ecclesiis? Ordinari in Ecclesiis solent, quæ Deo nubere maluerunt.* Ordinationis nomen Tertulliano, & Authoribus in Africa coævis, pro *χρηστία*, & ordinatione, quæ per manus impositionem fit, Clericis fuit familiare, ut ex iplo cap. 41. de prescript. & cap. 7. de idololatria. S. Cypriano epist. 33. & 68. constat.

Est etiam de Diaconissarum benedictione Constitutio Apostolica, quæ extat apud S. Clement. lib. 8. cap. 26. in hæc verba; *De Diaconissis ego Bartholomæus constituo, ò Episcopo, impone ei manus presentibus Presbyteris, Diaconis & Diaconissis, & dices; Deus æterne, Pater D. N. Jesu Christi, qui viri & mulieris auctor es, qui Mariam, Deborah, Annam, & Holdam Spiritu Sancto implevisti, qui non duxisti indignum, ut filius tuus unigenitus ex muliere nasceretur, qui in tabernaculo testimonii, & in templo castodes feminas januis tuis præesse fecisti, Ipse etiam nunc respice hanc ancillam electam ad ministerium, & da ei Spiritum Sanctum, & mundam effice ab omni iniquitate carnis, ut opus sibi impositum digne perficiat ad gloriam, & laudem Christi tui.*

Extat etiam Diaconissa ordinatio in antiquo libro, qui inscribitur Ordo Romanus. relatus in Bibliotheca Patrum; hæc.

Ordinatur Diaconissa ad altare inter solemnias Missæ, post epistolam & graduales, consecratione peractâ; *Tunc ponat Episcopus Orarium in collo ejus, dicens; Stola jucunditatis induat te Dominus. Ipsa autem imponat velamen capiti suo, palam omnibus de altari acceptum.* Deinde datur illi annulus; postea torques in capite. Tandem legitur Evangelium & Missa completur.

Ordinationis Diaconissarum mentionem facit Imp. Justinianus in l. 2. Nov. 6. c. 6. qua ætate, quibus moribus, esse debeat, cum ordinatur, qua ratione ordinationem merere debeat, qualiter si nupserit post ordinationem, aut peccaverit, punienda. Numerum earum definit in Nov. 3. c. 1. atatem, in Nov. 123. c. 13. ut & Imp. Valentinianus in l. nulli nisi. 27. Cod. Theo.

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiis
G IV
32

dos. de Episc. & Cleric. Cujus legis mentionem facit Sozomenus. lib. 1. cap. 16.

13 Volunt nonnulli *Ordinationem* istam tantum fuisse quandam benedictionem, sicut velata, & qua religionis assumunt habitum, benedicuntur hodie; fuis etiam precibus; nullamque illis ordinis potestatem collatam; ut *Basil. Ponte. de impedim. matrim. cap. 10. vers. sed cum in Diaconissa. Lavor. var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 14. num. 33.* Veram fuisse ordinationem sustinent alii per *can. Diaconissam. can. Presbyter. can. mulieres. dist. 32.* Quibus contradicunt, & foeminas jure Divino eorum, qua sunt Ordinis, incapaces esse defendunt, *arg. c. in nova. de penit. & remiss. alii; ut S. Thom. in addit. ad 3. p. quest. 39. art. 1. Vñ. relect. 2. de potest. Eccles. qu. 2. num. 3. Sot. in 4. dist. 25. quest. 1. art. 2. conclus. 1. Campan. d. rubr. 11. cap. 2. in pr. Lavor. d. cap. 24. num. 34.* Nos cum Morino de *sacris Ordinatis. exercitat. 10. de Diaconissis. cap. 2.* loquentes cum antiquitate, dicimus Diaconissas pertinere ad Clerum, dicit S. Epiphanius *heresi 79. Diligenter observandum esse, Ecclesiasticum Ordinem, sive Officium, usq. ad Diaconissas tantum necessarium fuisse.*

14 Unde S. Basilius *Diaconissam* fornicantem Clericorum more puniendam esse statuit, *cap. 44. dicens; Diaconissâ quâ unâ cum Greco fornicata est, ad communionem recipiendâ est, (pre cum videlicet) ad oblationem autem septimo anno admittetur, scilicet si in castitate vitam agat.* Deponatur etiam, perinde ut Clericus, teste d. S. Basilio, *cap. 23. in Diaconatu, videat. Balsamon. ad can. Apostol. 25.*

Imò *Ordinationis Diaconissarum* ritum & in Clero dignitatem docet & stabilit Concilium Nicænum I. *cap. 19.* non ut tum institutum, sed ab antiquo in Ecclesia usitatum. Desiniunt Patres Paulianistas revertentes ad Ecclesiam esse rebaptizandos: Eorum verò Clericos rebaptizatos iterum ordinari posse ab Episcopo Catholico, si examine facto digni judicentur gradu Clericali. Si verò, inquit, *examinatio eos non esse aptos deprehendit, deponi oportet.* Hoc est, gradus, quem obtinebant apud suos, eis nullo modo, pacis causa, per novam reddendus est ordinationem. Postea; *Similiter autem & de Diaconissis, & universis de his qui in Clero recensentur, eadem forma servabitur. Diaconissa* ergo auctoritate Concilii & ordinabatur, & Clero anumerabatur.

Incun

Incuñebant hinc Diaconissis munera aliqua & ministeria. 15

Primum erat; ceteras instruere mulieres de rebus, de quibus cum Diaconis, aut Episcopis agere debebant. Dicit S. Clemens I. *Constit. lib. 3. cap. 15. Eliges quoque Diaconissam fidelem & sanctam ad ministrandum mulieribus. Evitare enim solet aliquando in quibusdam domibus, ut non possis propter infideles mittere Diaconum ad mulieres, mittere vero possis Diaconissam propter cogitationes improborum. Ac primum quidem cum mulieres baptizantur, unget quidem eis Diaconus frontem tantum oleo sancto; post eum vero illinet eas Diaconissa. Non enim opus est ut viri inspiciant feminas, &c.*

Secundum erat; foribus Ecclesie mulieribus tantum patentibus, præfere; sicut foribus, quæ ingrederentur viri, Janitores, & qui Ostiarii dicitur; erant præfecti. *d. Clem. lib. 2. cap. 15.* Per diversas enim portas viri & mulieres solebant ingredi Ecclesiam.

Tertium; Sicut munus Diaconi erat ungere oleo sacro mulierum, quæ baptizabantur, frontes, ita Diaconissarum abstergere, ne aspicerentur à Viris. *d. Clem. d. loco & cap. 15.*

Quartum munus erat; Presbyteris ministrare, quando baptizabantur mulieres, propter honestatem; *d. Clem. d. lib. & cap. 32.* S. Epiphanius heresi 79. quæ est Collyridianor. dicit; *Quamquam Diaconissarum in Ecclesia ordo sit, non tamen ad Sacerdotii functionem, aut ullam ejusmodi administrationem institutus est; sed ut muliebris sexus honestati consulatur: sive ut Baptismi tempore adsit; sive ut inspiciat, si quid passa sit, aut molestie pertulerit; sive ut cum nudandum est mulieris corpus, interveniat; ne virorum, qui sacris operantur, ad spectum sit exposita, sed à sola Diaconissa videatur, quæ Sacerdotis mandato mulieris curam gerit, quo tempore vestibus exuitur: Quæ in re, cum ordinis illius modestia, tum Ecclesiasticæ discipline prudenter admodum ex canonis præscripto est consultum.* Dicit Concilium Nicænum I. *cap. 74.* hujusmodi Diaconissas ad hoc solum paratas esse, ut feminas in Baptismo suscipiant; & Concilium Carthaginense IV. *sub Anastasio cap. 12.* admonet, hujusmodi Diaconissas debere esse tam instructas ad Officium, ut possint apto, & sermone sano imperitas & mulieres rusticas, tempore, quo baptizandæ sunt, qualiter

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiæ

G IV
32

ter baptizatori interrogata respondeant, & qualiter accepto baptismate vivant, instruere.

Quintum; erat extra Ecclesiam; ut scilicet cum Episcopus domus mulierem aliquem mittere vellet, non mitteret Diaconum, quod infideles suspicarentur mali, sed mitteret *Diaconissam*. d. Clem. d. l. 3. cap. 15. Dicit S. Epiphanius *ad calcem libror. contra heres. in compendiar. doctrina. de Fide Catholica. sic: Diaconissas constitui in ministerium mulierum propter reverentiam, si opus fuerit, balnei gratia, aut visitationum, aut inspectionis corporum.*

Erat huiusmodi *Diaconissis* praescripta perpetua continentia; & *diaconissam*. Unde Concilio Romano Gregorius I. anathemate percutit quendam, nomine Adrianum, Ephilarati filium, qui ausu illi Epiphaniam Diaconam habebat in uxorem. Confirmat Concil. Aurelian. II. *can. 17.*

16 Postmodum, succedentibus temporibus, ex dicta ordinatione & multiplici munere Diaconissis concessio, iis forte insolescentibus, & maiora conantibus prout innata est sexui femineo ambitio, *Diaconissarum* ordo abhinc annos quingentos aboleri coepit in utraque Ecclesia Graeca & Latina; eo modo, quo & Chorepiscoporum usus sublatus est, qui, cum in Ecclesia aliqua minora haberent officia, & praesimul maiora, fuerunt sublati. *can. Chorepiscopi. dist. 68.*

Abrogatus is Diaconissarum ordo primo apud Graecos in Concilio Laodicensi I. sub Sylvestro Papa anno 310. *can. 11.* ut referuntur *can. mulieres. dist. 32.* Et vivente Balsamone defuerunt esse Diaconissae in Oriente, ut testatur in *can. 15. Concil. Chalcedonensis.*

In Ecclesia verè Latina abrogatus in Concilio Arausicano I. cap. 26. his verbis; *Diaconissa omnimodo non ordinanda, si qua jam sunt, benedictioni, qua populo impenditur, capita submittant.* Et in Concilio Aureliano II. sub Papa Sylvesterio cap. 18. Placuit, ut nulli postmodum feminae Diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur.

Sed adhuc post dictum Concilium Arausican. I. de Diaconissarum ordinatione reperitur mentio; imò post Aurelianum & Turonense II. in libro inscripto *Ordo Romanus;* Scripto post S. Benedicti concilio

pora. Frequens ejus, regulæque ejus in eo mentio. *Barbos. jur. Eccl. univ. lib. 1. cap. 36. num. 11.*

Fuerunt etiam multo infrequentiores Diaconissæ antiquitus in Occidente, quam in Oriente. Vix enim Rituales antiqui seu Sacramentaria earum faciunt mentionem. Petrus Pictaviensis primus Lombardi commentator in *Gloss. sup. sentent. lib. 4. dist. 20. lit. F.* septem distinguens velorum genera, unum tribuit Diaconissis, sed desuisse scribit. *Est, inquit, velum ordinationis in Diaconissis quadragesimo anno, sed abiit in desuetudinem.*

TITULUS VI.

De Subdiaconis.

SUMMARIA.

- | | |
|--|---|
| 1. Subdiaconatus ordo an Sacramentum, olim dubium. | 6. Consecratus ut sit calix, an necessarium. |
| 2. Ut an ei annexus calculatus. | 7. An tota materia absoluitur in traditione Ejus. |
| 3. An circa eum possit dispensare Papa. | 8. Subdiaconatus qua forma. |
| 4. Ad Subdiaconum quaetas requisita. | 9. An manus impositio de substantia. |
| 5. Que hujus Ordinis materia. | 10. Subdiaconorum quod officium. |

Subdiaconi, (de quibus nunc loquendum,) dicuntur Græcè Hypodiaconi; quasi subministrantes Diaconis. *can. Cleros vers. Hypodiaconus. dist. 21.*

An ordo illorum sit Sacramentum controvertitur; T t Affirmant,

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiæ

32 IV.
32

Affirmant plurimi, ut & nos in titulo proximè præcedenti fecimus; cum *Dd. ibi relatis*. Negant alii: Nec absurdè. Nixi auctoritate Amalarii Fortunati & S. Ambrosii; ab eo in *sua sententia confirmati*. lib. 2. de offic. Ecclesiast. cap. 6. Dicit Papa Urbanus II. in Concilio Beneventano, ut citatur apud Ivonem in *Decretò*, part. 5. cap. 74. Nullus in Episcopatum erigatur, nisi in sacris Ordinibus religiose vivens inventus est. Sacros autem Ordines dicimus Diaconatus & Presbyteratus. Hos siquidem solos primitivè legitur Ecclesia habuisse. Super his solis præceptum Apostolorum habemus. Subdiaconos verò, quia ipsi altaribus ministrant, opportunitate exigente, concedimus; sed rarisimè, si tamen optata sint religionis & scientiæ. Quod ipsum sine Romani Pontificis, vel Metropolitanæ licentia non fiat. Vide *can. ult. dist. 60* Hugo à S. Victore lib. 2. de Sacrament. fidei, part. 3. cap. 13. alludens ad dictum Canonem, ait; Sacri Canones definiunt, nullum in Episcopatum erigendum, nisi qui prius in sacris Ordinibus religiosè fuerit conversatus. Sacros autem Ordines Diaconatus & Presbyteratus tantum appellandos censent, quia hos solos legitur primitivè Ecclesia habuisse, & de his solis præceptum habemus Apostolicum, &c. Concordat Magister Sermonum lib. 4. dist. 24. lit. J. & Petrus Blesensis serm. 47.

Contra tamen Subdiaconatum esse Sacramentum à Christo Domino institutum probant & Doctores & auctoritates supra titulo de Sacramentis relati: nec non Vasqu. 3. p. disput. 238. cap. 2. ad princ. *Et de Sacram. dist. 20. de Ordine. dub. 3. aliique alleg. per Barbosa Jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 37. num. 2.* Dicunt de huiusmodi Subdiaconatus ordine loqui Auctores, qui Apostolorum temporibus aut non diu post floruerunt. Allegant Cyprianum lib. 2. epist. 10. & lib. 4. epist. 5. & lib. 5. epist. 14. & Euseb. lib. 6. *Histor. cap. 33.* & Canonem Apostolicum. 40.

Dici possent, cum Morino de sacris ordination. part. 3. exercit. 11. cap. 5. non esse quidem Sacramentum verum, esse tamen Juris Apostolici, imò & divini; vel *can. Barbosa lib. 1. Jur. Eccles. univ. cap. 37. num. 12.* Subdiaconatum inter Sacros & majores Ordines non semper fuisse computatum. Et enim in primitivè Ecclesia non reputabatur Ordo sacer: *d. can. nullus. dist. 60. can. quicumque. ubi Glossa*

vers. ad Diaconi. dist. 77. can. ministri. dist. 81. Dd. per text. in c. à multis. de atate & qualit. ord. Boët. Epo. in comment. ad c. Clericus. 6. num. 6. de vita & c. honest. Cleric. Quod confirmari voluit post. S. Thomam. in addit. ad 3. part. q. 37. art. 7. Doctores ferè omnes, & inter eos Bellarm. tom. 2. lib. de sacram. Ord. cap. 7. vers. respondeo. etiam ratione ea, quod in Concilio Lao: dicensi cap. 21. non permittatur Subdiaconis ingrefus in Sacramentum, nec vasorum Dominicorum contactus; cum tamen constet, ab aliis quam Sacratissimis hominibus, vasa sacra non debere tangi. teste Stephano I. in epist. ad Hilarium. Sixto I. in epist. 1. de qua in 2. tom. Concil. Sylvestro in Synodo Romana. art. 1. can. 9. in d. tom. 1. Concil. text. in can. nullus. dist. 24. can. sacratas. dist. 23. can. sancta. de consecra. dist. 1. Non tamen ea, propter ordinationis materiam (de qua statim) est sufficiens; secundum dict. Barbos. d. lib. & cap. num. 15. allegant. Vasquez; in 3. part. disput. 238. cap. 6. Sebast. Cesar. in relect. de Eccles. Hierarcb. part. 2. disput. 10. §. 1. Sufficietior hæc: Nempè, Sacerdo ordo dicitur tantum ille qui annexum habet continentia votum. Turrecrem. in can. erubescant. dist. 3. Abb. in d. c. à multis. quod Subdiaconatus non habuit olim: Dd. ad can. nullus in Episcopum. dist. 60. ubi Turrecrem. & in d. c. à multis. & c. miramur. de servis non ordinand. Ergo. Sebast. Cesar. d. §. 1. num. 10.

Proinde Subdiaconi olim uti potuerunt matrimonio ante Ordines contracto; Petr. Gregor. in syntagm. Fur. Univ. lib. 16. cap. 7. num. 9. Sebast. Cesar. d. dist. 10. §. 2. num. 2.

Sed hoc, succedentibus temporibus, cum Subdiaconatus inceptor reputari ordo sacer, antiquatum, & antiquæ illi consuetudini utendi matrimonio ante Ordinem hunc susceptum contracto, fuit derogatum; d. c. à multis. can. erubescant. dist. 3. can. placuit. dist. 32. can. ante triennium. can. Episcopos. dist. 131. & continentiam annexam habere incepit Subdiaconatus Ordo: Sed quando, incertum. Probabile à Constitutionibus Papatum Gregorii Magni in d. can. ante triennium. lib. 1. epist. 42. atque Urbani II. in d. can. erubescant. secund. Gloss. & Innocent. in c. miramur. de servis non ordinand. Capetum in tract. de perpè. castit. Sacerdot. cap. 7. In Hispania à Concilio Eliberitano can. 33. ubi; Placuit in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconi-

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiarum
G IV
32

diaconibus, postis in ministerio, abstinere se à conjugibus suis, & non generare filios. In Gallia à Concilio Turonensi, non primo; quod can. 2. ultra Diaconos calibatim non urget; ut nec Arelatense; can. 9. sed fecundo; quod statuit can. 20. sic: Si inventus fuerit Presbyter cum sua Presbytera, aut Diaconus cum sua Diaconissa, aut Subdiaconus cum sua Subdiaconissa, annum integrum excommunicatus habeatur, & deponatur ab omni officio Clericali, inter Laicos se observare cognoscat, eo tamen remisso, ut inter Lectores in Psallentium choro colligatur. Concordat Concilium Antisiodorense can. 21. ubi ait; Non licet Presbytero in lecto post acceptam benedictionem cum Presbytera sua dormire nec in peccato carnali misceri, nec Diacono, nec Subdiacono.

Votum ergo castitatis ex tunc appellari coepit illud, quod Ecclesia Ordinibus sacris suo annexit præcepto. ut in can. de his. dist. 28. un. de voto. in 6. & Extrav. Antiqua. de voto Johannis. XIII.

Cujus obligatio non venit immediatè ex constitutione Ecclesie, ut volunt, Dec. in c. at si Clerici. in princ. num. 235. vers. de judic. Bonifac. in Clem. un. in fin. de consang. & affin. aliq. sed ex voto proprio non expressè; sed ipto facto, & tacitè emissò. Licet enim Ecclesiam minem possit absolute cogere ad continentiam, eò quod res sit materia consilii; can. integritas. 32. qu. 1. potuit tamen Ordini Sacro, quæ confert, apponere & conditiones & Leges illi convenientes. Glossa in c. conjugatus. verbo continentiam. de convers. conjugat. Domin. in c. un. de voto in 6. num. 5. & ibi Franc. num. 1. Hostiens. in c. cum olim de Cleric. conjugat. num. 1. ubi Abbas. num. 4. Cardin. in fine. & Imola. num. 7. Gutier. lib. 2. Canon. cap. 7. num. 2. aliq. alleg. per Barbof. lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 37. num. 25.

3 Ex quo patet, contra quam volunt Turrianus lib. 2. de Eccles. Charact. Vibalduf & alii; Papam cum Subdiacono, nec non Diacono, Presbytero, Episcopo, dispensare posse, ut matrimonium contrahant. secund. S. Thom. 2. 2. qu. 88. arr. 11. ubi Cajetan. vers. ad hoc breviter. Joan. Faber. in rubr. Cod. de Episcop. & Cler. num. 14. Borgas. de irregular. part. 6. rubr. de sponsal. & matrim. num. 7. & 11. Barbof. de offic. & Potest. Episc. part. 2. alleg. 15. num. 11. 22. cum seq. Cum, ut ostensum; calibatim Sacro Ordini non fuerit jure divino adjunctus. S. Thom. & Cajetan.

& Cajetan. d. loco. Claud. Spens. lib. 1. de continent. Sacerdot. cap. 3. Syl. vof. in summa. verb. Matrimonium. §. num. 12. vers. secundum. Bellarmin. lib. 1. de Cleric. cap. 18. Capet. d. tract. cap. 35. Henric. in sum. lib. 10. cap. 14. §. 16.

4
Circa etatem ad Subdiaconatum requisitam variatum fuit; Con-
stitutum antiquitus in VI. Synodo cap. 15. per can. Subdiaconos. dist. 77.
Vicennii; postea in Concilio Viennensi à Clem. V. Clem. ult. de etat. &
qualit. ordinand. annorum octodecim; demum Concilio Trident. sess.
24. de reform. cap. 12. Viginti duorum. Quorum ultimus an debeat
esse completus, an, sufficiat inceptus, non conveniunt Doctores;
Illud sustinet, in tantum ut diei unius defectum obitare puter, Macha-
do in suo perfero Confessor tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 7. docum. 3. num.
3. Hoc Gutier. Canon. lib. 1. cap. 26. num. 8. & Leo in Thesuro fori
Ecclesiast. part. 1. cap. 4. num. 31. aliique relati per Barbof. d. lib. & cap.
jur. Eccl. Univ. num. 3.

Promotio ad Subdiaconatus Ordinem fieri non debet, nisi post
lapsam anni à postremi gradus Ordinum minorum susceptione; nisi
necessitas, aut, Episcopi judicio; aliud exoptulet Ecclesie utilitas,
Secundum Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 11. vers. hi verò.

5
Materia porro ordinationis Subdiaconi; quæ sit, quæque ejus for-
ma; non uniformem habemus Doctorum sententiam: De utraque vide-
bimus, & quidem primò de Materia, deinde de Forma. Illas, secun-
dum Doctorum Scholasticorum partem maximam, consistit in tradi-
tione calicis vacui; cum patina superposita, facta ab Episcopo: S. Tho-
mas. in 4. dist. 25. qu. 1. art. 1. ad 1. Durand. in ration. divin. offic. lib. 2.
cap. 8. num. 3. Rodulph. Cupers. in repet. c. oportebat. dist. 97. in §. Sub-
diaconatus Ordo. art. 1. Vasqu. tom. 3. in 3. part. disput. 236. cap. 3. &
tom. 4. disput. 238. cap. 5. Coninck. de Sacrament. qu. 20. de Ordin. dub. 7.
concl. 4. Comitol. respons. moral. lib. 2. qu. 52. Layman. in Summa Theo-
log. Moral. lib. 5. tract. 9. cap. 5. num. 3. Barbof. d. tract. de offic. & potest.
Episcopi part. 2. alleg. 14. num. 3.

6
Ancalix debeat esse consecratus, an verò sufficiat non consecratus;
discrepant Doctores Scholastici; Illud affirmant, Sylvester in Summa
verbo Ordinatio. 2. §. 4. vers. 13. Fornar. de Ordine. cap. 2. §. 6. ad fin.
Molfes.

Orvinius
Personis
nell' Ecclesiast

G IV
32

Moltes. in *Sum. Theolog. Moral. tract. 2. cap. 8. num. 23.* Hoc aliter
 unt alii; sed invigilandum dicunt Episcopo, ne calice non consecra-
 titur; cum non sine maxima causa sit constitutum, ut consecrentur
 calices, & non tractentur, nisi à personis sacris. *can. in sancta. de conse-
 crat. dist. 1. Post Sor. Mart. de Ledesma. & Eman. Sa. Henric. in Sum. lib.
 10. cap. 5. in comment. lit. F. & cap. 8. §. 3. Bonacin. de Sacram. dist. 8.
 qu. 7. un. punto 3. num. 2.*

Quod autem dicta traditio, *Subdiaconatus sit materia*, negari non
 potest; quum & Pontificale Romanum, & antiqui libri rituales o-
 mnes Latini; & Concilium Carthageniense IV. *cap. 5. relat. in can. Sub-
 diaconus. dist. 23.* & Concilium Florentinum, *sub Eugenio IV. in decro-
 Fidet. post ult. sess. §. sextum Sacramentum.* id testentur evidenti-
 ratioque ipsa, ab eodem Concilio Carthageniensi & Libris ritualibus
 adnotata evincat. *Idem enim, aiunt, hac instrumenta illi traduntur, quo
 manus impositionem non accipit.*

Est ergo Subdiacono hac traditio *perpetua* loco.

7 *hinc* Sed an calicis vacui & patene vacue traditio, sit Subdiaconatus
 materia integra, dubitari potest; non innumeris.

8 Negat Medina, *lib. 1. de continentia. cap. 44. addit tunicam, man-
 pulum, librumque Epistolarum* ab Episcopo in illa Ordinatione tradi-
 Quæ etiam, si excipias tunicam, est sententia Sighardi, Episcopi Cas-
 monentis: teste Durando. *in Ration. lib. 1. cap. 1. num. 4. & cap. 8. num.
 16.* Et Morino *de Sacris Ordinat. exercit. § 2. cap. 1. num. 3.* non vidi-
 tur improbabilis. Quum enim ista, ex Ecclesiæ pendeant institutio,
 quid impedit diversas caeremonias, temporibus & occasionebus diversis
 à Summo Pontifice, aut Conciliis esse institutas.

Improbabilis omnino Vigoriorii *in Summa Theolog. Institut. cap.
 16. §. 6. vers. 1.* & paucorum aliorum sententia; existimantium hanc
 Ordinis materiam in sola libri Epistolarum traditione esse sitam. *Ba-
 b. sa. d. Jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 37. num. 9.* Est enim traditio illius
 Libri Apostolici in Subdiaconi ordinatione, Ecclesiæ institutio recepta,
 cujus mentionem non faciunt, nec Concilium Carthageniense, nec
 Ritualia antiqua, nec Isidorus *de Officiis Ecclesiasticis*, nec Rabanus
 Maurus *in Institut. Clericor.* licet Ordinum caeremonias & eorum ma-

nia sigillatim explicent. Imò Amalarius *lib. 1. de officiis cap. 11.* discre-
tè negat ante annos octingentos hanc caeremoniam in Subdiaconorum
ordinatione adhiberi; Et Micrologus *cap. 8.* qui Ecclesiasticas suas ob-
servaciones scripsit ante quingentos & aliquot annos, sic scribit; *Solis*
Subdiaconis inter inferiores gradus Romana auctoritas concedit, ut sacris
vestibus induti Epistolam legant ante Missam. Quod tamen non ex eorum
consecratione, sed potius ex Ecclesiastica concessione meruerunt obtinere.
Cui consentiunt, qui & circa illa vixerunt tempora; alii: ut *Stepha-*
nus Edvensis de Sacramento Altaris cap. 5. Gemma animae lib. 1. cap. 179.
Hugo de S. Victore in Speculo de myster. Ecclesie. cap. 5. Lombardus lib. 4.
dist. 24.

Ustamen invaluit vix ante quadringentos annos, ut Libri *ista*
traditio cum sua formula transferretur in Libros Pontificales. *Morin.*
d. loco num. 7. in fin.

Itaque hac de re non est summopere contendendum; modò ra-
tum sit apud omnes, debere *Episcopum, Subdiaconatum conferentem,*
attendere diligenter ad omnes in Pontificali caeremonias præceptas, ut
cas exequatur omnes, nullamque negligenter omitti posse sine gravi cri-
mine credat. Præstat enim omnia in Pontificali præcepta existimare
ordinationi necessaria, quam aliqua præjudicio hoc leviora aut præter-
mittere, aut observare negligentius. *Morin. d. loco, num. 4. in fin.*

Diximus de *materia Subdiaconatus;* nunc inquirendum de *Ejus*
forma; Quæstionem à magna Scholasticorum Doctorum parte omissa;
putantium forsàn in ea eritunda difficultatis esse nihil. Declaratà enim
materià, quæ sit forma, cognoscitur statim; cum ex omnium ferè Theo-
logorum dictatis formæ fungantur vicem verba ea, quæ Episcopus ma-
teriam applicando pronuntiat.

Quapropter qui materiæ partes constituunt, Librum Epistola-
rum, Manipulum, Tunicam, Amictum, etiam constituent formam
verba illa, quæ Episcopus, cum hac porrigit instrumenta, ex præce-
pto Pontificali pronuntiat.

Difficultas aliqua videtur inesse verbis istis, cum Subdiacono,
postquam tetigit, Episcopus dat calicem & patinam: Non sunt enim
imperativa, ut postulare solent plerique. *Videte,* inquit Episcopus,
cujusmodi

Orvinus
Personis
nell' Ecclesia

32

cujusmodi in mysterium vobis traditur, Ideo vos admono, ut ita exhibentis quod Deo placere possitis. Quidam recentiores hæc verba Idem vos admono &c. putant esse amputanda, & formam contineri vobis antecedentibus. Sed Episcopus ista continuo pronuntiat & eodem tenore. Sed distinctio illa admodum est tenuis & μικρολόγος.

IO In dicto Pontificali nulla reperitur manus impositionis in ordinatione Subdiaconi mentio; unde patet eam non esse necessariam, præter. *can. Subdiaconus. dist. 23.* Videtur repugnare e. 1. de *sacrament. ordin.* ubi Papa Innocentius III. eam supponit. Non pugnant canon & capitulum. Illud loquitur de eo tempore quo Subdiaconatus non erat ordo sacer; hoc cum erat. *Campan. in divers. jur. Canon. rubr. 3. num. II. in princ. refer. Barbosa. d. lib. 5. cap. num. II.*

II Officium & munus Subdiaconorum est calicem & patenam ad altare deferre, Diaconis tradere, eis ministrare, ut ceolum quoque aquam & mantile tenere, Episcopo, Presbyteris, & Diaconis, pro lavanda ante altare, manibus aquam præbere. *can. perlectis. dist. 25. oblationes quæ veniunt ad altare, suscipere; Isidorus in epist. ad Leufridum. Epist. Cordub.* hæc omnia, olim, non in, ut fit hodie, sed ante altare Diaconis tradere; *Isidor. d. loco. Raban. Maurus de instit. Clericor. lib. 1. cap. 8. Alcuinus de divinis officiis. Amalarius lib. 2. cap. II. dicit; Subdiaconus vasa altaris ad eum (Diaconum) defert; ipse vero ad altare ad eum disponat; quæ disponenda &c. epistolam solemniter, non vi ordinis, sed ex præcepto Ecclesiæ, (ut supra monuimus) legere. Hostiensis. Innoc. in c. ut quisque de vita & honest. Cleric.*

Sed de Officio Subdiaconi accuratius velle tractare, esset magis curiosum, quam necessarium; Nunc enim, & ab aliquot seculis officium Subdiaconi, ut & quatuor minorum ordinum, implentur a Clericis, aut suppleunt Presbyteri cum sacrificant, si quid est, quod necesse sit facere Laicos, ut tangere vasa sacra, &c.

TITULUS. VII.

De iis in genere, qui nec in Sacerdotio sunt, nec in Sacris: hoc est; in minoribus Ordinibus.

SUMMARIA.

- 1. In sacris non sunt, constituti in minoribus ordinibus.
- 2. In hisce sunt, qui primam acceperunt tonsuram.
- 3. A quo debent.
- 4. Quid precedere debet.
- 5. Quem habere animum tonsurandi.
- 6. Quam aetatem.
- 7. An prima tonsura sit ordo.
- 8. Minores ordines quot, & qui.
- 9. An Sacramenta.
- 10. Eos habentes gaudent privilegio, & qui.
- 11. An possint contrahere matrimonium.
- 12. Facientes an peccent mortaliter.

Ui in minoribus Ordinibus sunt, nec sunt in Sacerdotio nec in Sacris; Sine enim speciali sacramentali unctione, sola Episcopi benedictione, cum quadam vasorum vel indumentorum distributione ordinantur, Concil. Trident. sess. 28. cap. 3. de reformat. ut ostendemus locis congruis.

In minoribus Ordinibus sunt qui primam tonsuram tulerunt; c. 2. cum contingat. ubi Gloss. & Dd. de etat. & qualit. ordinand.

Primam tonsuram accipere debent ab Episcopo; ut VII. constitutum Synodo. in can. 1. dist. 69.

Uu

Ea

Orvinius
Personis
nes Ecclesiarum

3 IV
32

4 Eâ initiari non potest, qui Confirmationis Sacramentum non suscepit. *Concil. Trident. 23. de reformat. cap. 4. Pinc. in praxi. Episcop. part. 1. cap. 1. num. 24. vers. ad minores.* Non ratione ea, quod exigatur Confirmatio quasi de necessitate Sacramenti Ordinis: quo fit unusquisque Ordinis capax; sed ob congruitatem, cuius causa omnis requiritur perfectio, per quam ad Ordinum executionem quique reddatur idoneus.

Quare non Confirmatus recipit ordinem validè, nec vitiatum actus, & suscipit characterem: *Secund. S. Thom. in supplem. ad 3. part. qu. 35. art. 4. Navar. in manual. cap. 22. num. 9. Fr. Emanucl. in sum. 2. cap. 17. num. 10. Ricc. in rer. fori Eccles. post resolut. 276. in notab. materia Sacram. Ordinis. Coninck. de Sacram. tom. 1. qu. 72. art. 8. n. 90. Et tom. 2. disp. 20. dub. 10. num. 102. nec peccat, si hoc faciat ex negligentia, non ex contemptu, mortaliter; facit tamen malè: Navar. d. loc. num. 9. Vivald. in Candel. aureo. ubi. de Confirmat. num. 41. non tamen ullam timeat censuram. Secund. Henrig. in Sum. lib. 14. cap. 6. §. 3. Suar. tom. 3. disp. 38. select. 1. Avil. de censur. part. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 3. Riccius d. tract. resolut. 269. Coninck. d. num. 90.*

Recepturi primam tonsuram, secundum Concil. Trident. d. cap. 4. debent fidei rudimenta didicisse, legere & scribere posse. *Leo in thesauro fori Eccles. part. 3. cap. 8. num. 6. Piasec. d. cap. 1. num. 40. in fin. Ricc. in d. praxi. decis. 390. in edit. 1. alias resolut. 329. num. 6. in edit. 2.*

An hoc sciant in lingua Latina, an materna, nihil interest. *Azor. Inst. moral. part. 2. lib. 6. cap. 6. quest. 2. Campan. in divers. Juris Canon. rub. 5. cap. 2. num. 2. Sanch. in opusc. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 46. num. 11.*

5 Non sunt prima tonsura ceterique minores Ordines sec. d. Concil. Trident. cap. 4. conferendi, nisi iis qui syncerum videntur habere animum in statu Clericali permanendi: Licet qui eos susceperunt, eosque sine causa iusta deserunt, non peccent mortaliter; Nec enim ulla eis promissionis, aut precepti incumbit obligatio ad Ordines superiores ascendendi seu in susceptis ministrandi. *Tolet. in instr. Sacerd. lib. 4. cap. 11.*

18. num. 4. *Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 31. num. 7. Barbof. de jur. Eccl. Univ. lib. 1. cap. 38. num. 46.*

Imo, *secundum Navar. in man. cap. 25. num. 108. Fr. Emanuel in sum. tom. 2. cap. 17. concl. 2. Sanch. d. lib. 7. disp. 31. num. 16. & seq. Connick. d. disp. 20. num. 104. cum seq. Villalob. in sum. tract. II. difficult. 14. num. 2. Dianam resolut. moral. part. 2. tract. 2. miscell. 22. aliosq;* qui primam tonsuram vel minores Ordines accipit intentione non perseverandi in statu Clericali; sed solum ut fori secularis declinet jurisdictionem, non videtur peccare mortaliter: Omnino *secundum Bannes 2. 2. qu. 12. art. 1. §. de secunda difficultate. Ledesma in sum. tom. 1. tract. de Sacramento Ordin. cap. 7. concl. 3. Barbof. de offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 11. num. 12.*

Ad primam tonsuram tempore S. Thomæ infantia ante rationis usum sufficiebat; *Tubien. in sum. verbo Ordo. 4. Majol. de irregul. lib. 1. cap. 30. num. 5. & 8. non hodie; c. nullus. de tempor. ordinand. in 6. sed requiritur septennium; Gloss. ad d. c. nullus. verb. infanti. Gloss. fin. in Clem. fin. de atat. & qualis. ubi Imol. num. 18. Petr. Gregor. in partit. Jur. Canon. lib. 5. tit. 13. num. 6. & quidem expletum. Sylvest. in sum. verb. atas. num. 2. vers. tertium; quartum ad Ordines Bertach. de Episcopo. part. 1. lib. 2. qu. 31. num. 56. Rebuff. consil. 2. incipit. Heliter. e. num. 3. Mandos. in tract. de minori atat. e. cap. 4. num. 12. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 26. num. 3. Reder. à Cuccha in comment. ad can. 2. num. dist. 77. Licet antea suscipiens non peccet mortaliter; Omnino Episcopus conferens. *Sec. Bonacin. de Censur. disp. 3. qu. 6. punto 5. num. 6. vers. neque. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 2. num. 1. ff. Cuccha. d. loc. num. 1. cum. seqq.**

An autem prima tonsura sit Ordo inter Canonistas controversatur; 7 Affirmant Multi; ut *Gloss. in verb. Episcopus in. proem. Sixti Hostiens. 11. d. c. cum contingat. Sylvest. in sum. verbo Ordo. 1. num. 1. Lambertin. de jure patron. atas. 1. part. §. lib. qu. 7. art. 2. Mandos. in 24. reg. Cancell. qu. 1. num. 2. Campan. ex divers. Jur. Canon. rub. 2. num. 6. aliq. alleg. per Barbof. vers. 1. Jur. Eccl. univ. cap. 38. num. 45. Nixi fundamentis quatuor. Primum adducunt ex can. Cleros. dist. 21. & can. perlectis. dist. 25. ubi inter Ordines Psalmista fit mentio. & c. contingat.*

Uu 2

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiast

3 IV
32

ringat. de atat. & qualit. ord. ibi per primam tonsuram iuxta formam Ecclesie datam, à talibus Clericalis Ordo confertur. Secundum, Quod sub vocabulo Ordo seu Ordines, & Ordinare, generaliter & absolute prolato veniat prima tonsura; ut probant Doctores citati per Garciam, tract. de benef. parte 7. cap. 1. num. 5. & Concilium Tridentinum sess. 23. de reform. cap. 8. vers. unusquisque à proprio Episcopo ordinatur. & cap. 9. vid. Rebuff. conf. 1. incipit Ordinatus. num. 2. vers. & sic mal. Joan. Andreas Gemin. & Franc. ad d. c. nullus. fin. de tempor. ordinat. Tertium; Quod primam tonsuram initiati, beneficiorum Ecclesiasticorum sint capaces: d. Concil. Trident. d. sess. 23. cap. 6. in princ. Quorum incapaces sunt Laici; quia non habent Ordinem. c. ex literis. de translat. c. 2. de institution. Quartum; Quia Clericorum sub nomine comprehenduntur prima tonsura initiati. can. si quis suadente. 17. qu. 4. Barbo. in collect. ad illum text. num. 7. & in tract. de appellat. verbo. urusque Juris signif. appellat. 51. num. 1.

Negant alii; ut Covarruv. lib. 1. var. resolut. cap. 10. num. 14. Sebast. Casar in relect. de Eccles. Hierarch. qu. 3. proem. §. 1. num. 17. aliq.; & in sua sententia confirmationem allegant verba Concilii Tridentini ead. sess. 23. de reform. cap. 6. ibi; nullus primam tonsuram initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus; & cap. 10. ibi; Tonsuram, vel minores ordines conferre. Et cap. 2. ibi; ut in Ecclesia ordinatissima dispositione plures & diversi essent ministerium Ordines, qui Sacerdotio ex officio deservient, ita distributi; ut qui jam clericali tonsura insigniti essent per minores Ordines adscenderent. ex quibus locis inferunt & primam tonsuram distinctam esse & minoribus & majoribus Ordinibus, per illam tamen quem Clericum fieri; & ad illos suscipiendos disparti.

Hiscæ accedunt Theologi communiter, ut Eccius in 4. dist. 24. §. 4. Durand. ibid. qu. 6. & Palud. qu. 7. Petr. Sot. de instit. Sacerdot. lect. 1. & 4. de Sacram. Ordin. Vasqu. in 3. part. tom. 3. disput. 236. cap. 1. Comitol. respons. moral. lib. 1. qu. 48. num. 11. Lopezman. in theol. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 3. num. 3. aliq.

Dissentientes, putat, conciliari posse distinctione; cum S. Thomæ ad 3. part. qu. 57. art. 2. & in 4. dist. 24. art. 2. doctrina; Barbo. de offic. & potest. Episcopi: part. 2. alleg. 2. num. 19. & quidem hac

Loqu

postea ducendi uxorem, & cum solo animo fruendi fori privilegium tamen nullo modo ob id peccant mortaliter. *secund. Fillinc. in quasi. moral. tom. I. tract. 10. cap. 4. num. 131. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 3. num. 16. & 17. Coninck. de Sacram. disp. 20. dub. 10. num. 104. & 105. Bonacina de Sacram. disp. 8. quest. un. punct. ult. in fin.*

Nec adverstatur *can. 8. Lectores. dist. 32.* Cujus sunt verba: *Lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere aut continentiam profiteri.* Verbum enim *cogantur* significat *monentur*; *Turrecr. ad d. text.* Habent etiam vetusti Codices sic; *Uti Lectores usque ad annos pubertatis legant, deinceps autem nisi uxores cogantur pudicitia duxerint, aut continentiam professi fuerint, legere non sinantur.* teste *Surio in Collect. Concil. tom. I. pag. 505.*

Nec etiam repugnat *can. Presbyteri. 19. dist. 34.* Quia verbum *deinceps*, ibi non referendum ad minores Ordines, sed ad superiores, ut sit sensus: Quod Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi, vel deinceps id est, Archiepiscopi, & Episcopi, non habeant licentiam ducendi uxores. *Præf. ibi num. 1. vers. oppono. à Cuccha ibid. in comment. num. 2.*

TITULUS VIII.

De Ostiariis.

SUMMARIA.

1. Ostiarii qui. priori adjunxit Ecclesia.
2. Eorum & in veteri testamento usus. sia.
3. Ostiariatus quæ nunc Materia: Duplex: 6. Forma ad utramque tendenda.
4. Quæ Forma. 7. Forma nulla facta cessio.
5. Materiam posteriorem 8. Of

8. *Officium Ostiariorum servatum.*
quod. IO. *Quomodo.*
 9. *Et apud Ethnicos ob-*

Etimus in genere de iis qui in minoribus sunt Ordinibus, agemus nunc de iis sigillatim, & quidem distinctis titulis; atq; ad eò primò de *Ostiariis*.

Ostarii sunt iidem qui Janitores, qui Templi janis præficiuntur. *can. Cleros §. ostiarii. dist. 21. Durand. in ration. divin. offic. lib. 2. cap. 4. Marcell. Vulpe in praxi fori Eccles. cap. 7. num. 10. vers. Ostiarius.*

Qui & apud Hebræos fuere in ministerio Ecclesiastico, & in vestibulis & portis tabernaculi ad id potissimum electi *choritæ*, deinceps in civitatibus proprio per Samuelem & David descripti; ut servirent per vices; 1. *Paralipom. cap. 9. & 26. & 2. Paralipom. cap. 3. & debent secundum præceptum Davidis esse ex ordine sacro; Sic enim scribitur in Prætermisorum libris; 1. Paralipom. cap. 13. Juxta præcepta quoque Davidis novissima, supputabuntur numerus filiorum Levi à viginti annis & supra, & erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini in vestibulis, in exedris, & in loco purificationis, & in Sanctuario, sicuti & in arca. 2. Paralip. cap. 15.*

Materia Ostiariatus; in Ecclesia Catholica non est, ut vulgò putant Canonistæ & Doctores Scholastici simplex, sed duplex; *Prior*, *Clavium Ecclesie traditio*, quas Episcopus tradit ordinando *Ostiarium*; *Posterior*, *funis campanarum*, quem *Ostiarium* tradit Archidiaconus. Actio illa qua Archidiaconus post clavium acceptionem ad Ecclesiam ducit portam, eamque aperire & claudere jubet, est *potestatis* jam collatæ executio & veluti in ejus possessionem missio.

Forma, seu verba institutionis quibus *Ostiariatus* per Episcopum in traditione clavium confertur, hæc sunt; *Sic agite, quasi reddituri Deo rationem pro iis rebus, que his clavibus recluduntur. Ita in pontificati & in Concil. Carthagen. IV. cap. 9. can. 19. Ostiarius. dist. 23.*

Materiam istam posteriorem adjunxit Ecclesia: Sola enim prior antiqui-

Ostarius
 Personis
 nel, Ecclesiasticis

IV

32

antiquitus erat in usu, ut constat ex d. Conc. Carthag. IV. can. 9. & ex Ordine Romano, & antiquissimo Gelasiano. Nec enim traditionis funis & campanarum pulsationis per antiquos ulla fit mentio. Nec mirum Primis enim istis seculis non erat consuetum per campanarum pulsationem fideles convocare ad Ecclesiam, sed, illa invalescente consuetudine, antiqua materia istud pulsationis genus est adjunctum. *Morinus de sacris Ordinatis. part. 3. exercit. 13. cap. 1. num. 2.*

6 Est forma, quam retulimus, ad materiam utramque extendenda, quanquam & proprie & juxta verborum expressionem pertinens tantum ad priorem.

7 Materia facta est accessio, formae non item. Sensus tamen formae generalis est, campanis & ostio conveniens ex aequo, licet quoad applicationem specialem secundae materiae nihil fuerit antiquae formae superadditum.

Objiciet, inquit Morinus, d. loco, num. 3. forsan aliquis, formam illam; *Sic agite; &c.* pronuntiarum aliquo tempore, antequam tradatur funis; sed *respondet*: In causis moralibus physica illa praesentia & *ἐπιχειρῶν* non requiritur. Objicietur, inquit idem Morinus eod. loco, cum majori, secundum Scholasticos, probabilitate, materiam potiori praeberem non Episcopum, sed Archidiaconum; Materiam autem tendere & applicare esse solum Episcopi. Respondet; Materiae applicationem pertinere ad eum, cui eam attribuit Ecclesia. Est enim in istis rebus praecipua institutionis ratio, potestas & voluntas Ecclesiae instituentis.

Si tamen videatur alicui traditionem funis ad *Ostiarium* non pertinere materiam, eo quod illi pronuntiatio formae non sit *ἐπιχειρῶν* vel etiam quod non ab Episcopo, sed ab Archidiacono tradatur: a sensu suo abundet. Certè considerata ratione signi, in qua sacramentum consistit potissimum, campanarum pulsatio ad convocandum fideles ad celebrationem Sacrificii, & distinguendas horas, aequè representat & quid spirituale causatur, ac ostii apertio & clausura.

Quare Episcopus in praefatione, quae ad Orationem pro *Ostiarium* ordinandis fideles exhortatur, dicit; *Quos in officium Ostiarium eligere dignatus es, ut sit eis fidelissima cura diebus ac noctibus, ad* *scilicet*

distinctionem horarum certarum, ad invocandum nomen Domini, &c.
 Officium autem Ostiariorum est sacras aedes tueri, aperire, recludere, & omnia quae sunt intus & extra, custodire, fideles recipere, infideles & excommunicatos ingredi prohibere, ingressos expellere. *d. can. perlectis. Alcuin. de divin. offic. cap. 35. Cupers in repet. can. oportebat. dist. 79. in tit. de Ordine Ostiarum. Torreblanca, de jure spirit. lib. 2. cap. 12. num. 41. Carol. de Grassis. de effect. Clerical. in pralud. à num. 283. Sebast. Casar. in relect. de Eccles. Hierarch. part. 2. disput. II. §. I. num. 1.*

Sic Musaeus apud Justinum Martyrem, *Θύρας ἢ Ὀπίθιας βεβήλοις*, id est, *Januas autem opponite, vel obijcite profanis.*

Impediebant etiam Ecclesiam ingredi publicam agentes poenitentiam; ingressos per totam quadagesimam expellebant: *can. 64. in capite. dist. 50. mulieres ab altare removebant: Concil. Laodicen. can. 6. ab ostiis abesse & orationi vacare, vel brevi tempore non poterant. d. Concil. can. 43.*

Quod Ostiariorum Officium & apud Ethnicos fuit observatum, 9 cum profanis non liceret quibusdam interesset sacris.

Quapropter apud Græcos Sacerdos accessurus ad sacrificium 10 querebat antea, *ὅτι τίς ἔστι, quis hic?* Respondebant omnes qui intererant sacris, *πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ*, id est, *multi & boni.* Gregor. Gyal. 17. *Syntagm. histor. Deo.* Et dum vaticinari volebant isti Idolorum vates, & sentiebant *Ἐπιδημῶν θεασμῶν*, id est, *advenire afflatum divinationum*, clamabat minister, ut scribit Callimachus *hymnos. qui est in Apollinem.* Cirenæus, *ἐκείς, ἐκείς ὄσις ἀναγῶς, exeat, exeat qui est impius.* Dicit Virgilius 6. *Aeneid. Procul ò procul este profani, Conclamant Vates.* Scribit Plutarchus *de Superstit. fit ara detestabilis per servum, nec sunt communicanda ea quae sunt sacrorum latronibus.* Et à quibusdam sacris oportebat abesse mulieres innuptas, servitio oppressos, vel are coemptos, propterea que in sacrorum apparatu clamabat lector, *Hostis victus, mulier virgo exesto.* In Cheronæa, Sacerdos tenens lorum pro foribus ædium Sacrarum Matutinæ, id est, Leucothea, clamitabat, *Servum non ingredi, non Ætholum, non Ætholam;* Apud Magos, tanquam profani, submovebantur ab aris lentiginosi, qui elati revixerant, quibus adhuc viventibus facta fuerant exequiæ; Apud Germanos, qui scutum amiffi-

Xx

amiffi-

Orvinius
 Personis
 nel, Ecclesiis

3 IV
 32

amississent in acie: Apud Aegyptios subulei: Apud Scythas: qui in
lum in acie occidissent hostem.

TITULUS IX.

De Lectore.

SUMMARI A.

- | | |
|-----------------------------|---------------------------|
| 1. Lector & appellatus Pa- | 4. Fuit & apud Ethnicos |
| pa. | 5. Et in primitiva Eccle- |
| 2. In veteri testamento di- | 6. Lectoratus Materia & |
| ctus Cantor. | Forma qua. |
| 3. Ejus praeterea quod fu- | 7. Lectorum Officium quod |
| erit munus. | |

Dicendum nunc de Lectoratu & Lectore ab Imperatore Isaac
Comneno appellato Papa; in *constit. Imperial. jur. Ordo*
constit. Isaaci; ubi sic loquitur; Nihil in ordinatione Episcopi
unum videlicet, quando facit simplicem Papam sive Lectorem: tres quan-
do ordinat Diaconum: alteros tres quando Sacerdotem seu Presbyterum.

2. Ante Salvatoris nostri adventum Lector dicebatur cantor in tem-
plo Dei, vel psalter canens Domino in organis & hymnis & psalmis
1. *Paralipom. cap. 23.* Petr. Gregor. in *Synagm. jur. univ. lib. 16. cap. 4.*
num. 2.

3. Erat & tum temporis moris singulis sabbathis per annum quadam
legere ex lege Mosaica, & ex Prophetis; sicut & in Ecclesia Catholica
ex Evangelio & veteri testamento, vel ex aliis libris sacris fit, post-
mum in sacrae liturgiae consecratione.

Cujus moris facit mentionem D. Paulus, *Actor. cap. 13.* ubi sic
loquitur; Qui habitabant Hierusalem & Principes ejus hunc ignorant
& voces Prophetarum, quae per omne sabbatum leguntur, judicantes in
plebe

pleverunt. Necnon D. Petrus *Aetor. cap. 15.* ubi ait; *Moyfes à temporibus antiquis habet in singulis civitatibus, qui eum predicent in Synagogis, ubi per omne sabbatum legitur.* Imò Lectoris munere functus fuit Christus in Synagoga teste D. Luca. *Evang. cap. 4.*

Non tantum in Judæorum Synagogis fuere Lectores, sed & in Ethnicorum religionibus; testis Livio, *lib. 8. Decad. 1. & Plinio, lib. histor. nat. 28. cap. 2.*

Lectorum ordo in Ecclesia Catholica fuit ipsis temporibus Apostolorum. Meminit enim ejus D. Ignatius, qui convixit Apostolis, in epistola ad Antiochenfes; *Saluto, inquit, Presbyterum vestrum, saluto Sanctos Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes, Exorcistas atq. Confessores.* Necnon *lib. 3. heres. tom. 2. circa fin.* D. Cyprianus *lib. 3. epist. 23.* scribit ad Clerum, se Saturnum Lectorem fecisse, & die Paschæ semel atque iterum lectionem dedisse, examinatione prahabitâ, an ei hoc congrueret. Et fuisse ex primis Ordinibus, idem aperte testatur D. Cyprianus *lib. 2. epist. 5.* dum de Aurelio, qui Dominum nostrum Jesum Christum bis erat confessus, loquitur; *Meretur, inquit, ille talis Clericæ ordinationis ulteriores gradus. Sed interim placuit, ab officio lectionis incipiat: quia & nihil magis congruit voci, que Dominum gloriosa predicatione confessus est, quam celebrandis divinis lectionibus personare, post verba sublimia, que Christi martyrium prolucuta sunt: Evangelium Christi legere, unde Martyres fiunt, ad pulpitem post Catastrum venire.* Notat etiam Optatus Milevitanus *lib. 1. histor. pro inaudito Majorinum Lectorem, tempore, quo Cæcilianus erat Diaconus, per factiones Lucillæ fuisse ordinatum Episcopum; scilicet gradibus aliis ommissis.* Petr. Gregor. *d. loco.*

Lectoratus materia est codex, de quo lecturi sunt: *Forma, verba exhortatoria; Accipite & estote relatores verbi Dei; habituri, si impleveritis fideliter & utiliter officii partem cum eis, qui verbum Dei ministraverint ab initio.* Ita habetur in Pontificali Romano; cum quo omnes antiqui Codices, & Concilium Carthaginense IV. *relatum in can. Lector. dist. 23.* consentiunt. Bellarm. *de Cleric. lib. 1. cap. 13. vers. secundus Ordo.* Galganet. *de Jure publico. lib. 3. tit. 29. num. 1.* Sebast. Cæsar. *in releâ. de Eccles. Hierarch. part. 2. disp. 11. §. 2. num. 2.*

Xx 2

Omnes

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiam

G IV

32

Omnes praterea notant, pertinere ad Episcopum, ad Lectores ordinandos habere admonitionem, *Morinus de Sacris Ordinat. part. 3. exercit. 13. cap. 1.*

7 *Lectorum officium est, Lectiones clarè & distinctè pronuncians, & ea, quæ dixerunt Prophetæ, populis ex pulpito, can. non licet. dist. 92. annunciare. d. can. clericos. dist. 21. can. perlectis. dist. 25.*

TITULUS X.

De Exorcista.

SUMMARIUM.

1. Exorcista quis.
2. Exorciscatus materia qua.
3. Et Exorcistas habuerunt Judæi.
4. Exorciscandi modus à Salomone.
5. Dæmones ejicere est inter signa credentium.
6. In Ecclesia, Exorciscatus quando à reliquis Ordinibus distinctus.
7. Exorcistarum Officium, quomodo fiat.
8. Exorcismus quid sit.
9. Quid cavere debeat Exorcista.
10. Exorcistas imitantur Incantatores Ethnici.

1 **E**xorcista, Græca voce dicitur, qui Latinè, *adjurans*, sive *crepans*. *can. Cleros. dist. 21. vers. Exorcista.*

2 **I**n Ejus ordinatione pro materia traditur liber Exorciscatorum, ut docent. *Concil. Carthagen. IV. cap. 7. Ordo Romanus. Isidor. lib. 2. de divin. Offic. cap. 13. Raban. Maur. de Instit. Clericor. lib. 1. cap. 10. Amalar. lib. 2. cap. 9. & pro forma hæc dicuntur verba: Accipe & commenda memoria, & habeto potestatem imponendi manus super contumaces.*

gmenos, sive baptisatos, sive catechumenos. Pontificale. d. Concil. Carthag. IV. cap. 7. de quo in can. Exorcista. dist. 23.

Quam materiam dilatat Pontificale: Permittit enim loco libri Exorcismorum, Pontificalis aut Missalis traditionem. De formis enim istis & materiis disponit Ecclesia, ut iudicet esse æquum. Morin. de Sacris Ordinatis. part. 3. exercit. 13. cap. 1.

Tradebatur Exorcismorum liber; Quia Exorcismi conferebantur verbis conceptis, ut ait Minutius Felix in 8. inter quæ præcipua, ut non fierent per conclusionem, per Dominum nostrum Jesum Christum, &c. (quæ aliis precibus Ecclesiasticis subijcitur;) orationes: sed per eum quærentur est iudicare seculum per ignem: Ut inde Dæmonum in memoriam proprium reducat supplicium, ut ait Micrologus.

Habebant etiam Judæi suos Exorcistas; Dicit D. Lucas Actuum 3. 19. v. 13. Tentaverunt quidam de circumventibus Judæis Exorcistis, invocare super eos, qui habebant Spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicentes, Adjuro vos per Jesum quem Paulus prædicat, &c.

Modos conjugationum, quibus obstricti Dæmones, ne redeant, 4 effugantur, Salomonem invenisse fidem facit Josephus lib. 8. antiquit. Judæicæ. cap. 2. Et hæc cura, inquit, apud nos hætenus multum prævalere dignoscitur, & vidi Eleazarum de gente nostra præsentem Vespasiano fecisse. Quod etiam innuit Salvator Noster apud D. Matthæum cap. 12. dum ait; Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt?

Inter signa credentium in fidem Domini nostri Jesu Christi est 5 dæmonia ejiciendi potestas: Dicit D. Marcus 3. cap. Dedit illis potestatem curandi infirmos, & dæmonia ejiciendi. vid. Matth. cap. 9. Luca cap. 10.

Quæ potestas in nascenti Ecclesia ob fervorem fidei cum esset 6 omnibus communis, Tertull. lib. 1. de Idololat. cap. 11. in Apolog. contra Gentes cap. 23. non fuit tunc Exorcistarum ordo distinctus; D. Clemens lib. 8. constit. Apostol. cap. 32. at paulo post in Ecclesia institutus, & exorciscandi præscripta formula. Dicit D. Cyprianus lib. 2. epist. 7. Quod hoc etiam geritur, ut per Exorcistas voce humana & potestate divina flagellatur, & uratur, & torqueatur Diabolus. &c. Confirmat Pape Cornelii

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiasticis

G IV
32

lii epist. apud Euseb. lib. 3. histor. cap. 53. & Concil. Carthagin. IV. cap. 4. & 7.

Certus in singulis Ecclesiis *Exorcistarum* numerus erat definitus, ut ex epist. Anacleti & Cornelii Paparum apud d. Euseb. lib. 7. histor. cap. 33. constat.

7 *Exorcistarum officium* est exorcismos memoria retinere; super energumenos, id est, à damone obsessos: *can. 1. dist. 25. vers. de Exorcistam.* nec non in veteri Ecclesia, testib. *Dionys. Areopag. de Eccl. Hierarob. cap. 2. Cyrillo Hierosolym. in Protocatechesi illum. & in catech. ita & hodie super baptizandos; can. neq. quinquam. ad fin. vers. hanc. tem. de consecrat. dist. 4.* non in privatis domibus, ob scelestorum spirituum metum, nec in Ecclesia ipsa, ob loci venerationem, sed am valvas ejus, ex *Concil. Laodicensi. can. 59.* manus, cum invocatione nominis Domini, imponere.

8 Est itaque *Exorcismus* adjuratio contra dæmones, quæ non solum circa corpora obsessi exercetur, verum etiam circa obsessas per peccatum vel infidelitatem animas: *can. 35. ante viginti. de consecrat. dist. 4.* Arctatur enim eorum potestas, ut animus perficiatur, nec animabus nocere valeant. *can. sicut nostis. de consecrat. d. dist.* Nam, ut ait, *Cyrillus Hierosolymit. catech. 16. Illuminato. Simplex exorcisanis affluat, efficitur ignitus his quæ videri non possunt.* Magna vis per se verborum quibus & moventur, & turbantur, & pacantur affectus, sed cum major fidei divinæ potestas, & nominis Dei auctoritas. *In nomine, sequit, meo dæmones ejicient, &c. Marc. 16. Luc. 11.*

Sed exorcizare quidem dæmones in baptizandis est Sacerdotis officium; *can. 67. Sacerdotes. de consecrat. d. dist. 4.* Quamvis & *Simplex Exorcista* id valeat efficere, sicut in corporibus obsessis potest. *d. can. 1. dist. 25.*

Qui verò non est in hoc ordine constitutus, hodie nec in Ecclesia nec in domibus exorcizare potest. *can. fin. dist. 69.*

Exorcizare autem energumenos, eosque introducere in Ecclesiam, permillum est omni die. *can. 11. omni die. de consecrat. dist. 5.*

9 Cavere sibi debent *Exorcista*, ne cum dæmone jocentur, curio aut nugacia misceant colloquia, *Martin. Delrio disquisit. magicar. lib. 1. cap. 1.*

cap. 2. sect. 3. de remed. supernatur. divin. seu Ecclesiast. vers. quartum est Exorcismus. Nec cum per modum obsecrationis abjurent, ut aliquid ab eo discant aut accipiant. Est enim hoc mortale peccatum; ut post S. Thom. 2. 2. quest. 90. art. 3. S. Antonin. part. 2. tit. 12. cap. 1. §. 5. Suarez. tom. 2. de Relig. tract. 4. lib. 4. de abjurat. Nam demon ut hostis, per modum imperii, coactionis & expulsionis persequendus, ut ex Tertull. & S. Augustino tradit Layman. in Sum. Theol. Moral. lib. 5. tract. 9. cap. 14. num. 7.

Erant, & adhuc sunt, etiam apud Ethnicos, qui pellerem demonia, & morbos incantationibus se curare profitebantur; verum hoc vel ex impio Demonum consortio & consensu, vel simulate contingebat, vel cultu idololatriæ dæmoni tanquam Deo exhibito nefandissimo.

TITULUS XI.

De Acolytis.

SUMMARI A.

- 1. Acolytus an Exorcista
- 2. Unde dictus.
- 3. Quis.
- 4. Acolytatus Materia & Forma quæ.
- 5. Acolyti Officium quod.
- 6. Est major Lectore.
- 7. Cur.
- 8. Quæ in eo desideratur ætas.
- 9. Ordinum minorum parvus hodie usus.

Exorcista inferior est Acolyto; licet majorem videatur habere potestatem; Quia Acolytus circa ministerium altaris exercet officium suum, ad quod Exorcista nondum pervenit. can. 1. dist. 33.

Acolytus enim post Subdiaconum ministrat; Dicitur cap. 2. an. 18.

Orvinus
Personis
nes Ecclesiæ

IV
32

ἀκολουθεῖν, quod est, *sequi*. Unde Latine *Sequens* posset intelligi; vel aliter *Ceroferarius*, eo quod ipsius sit ferre candelabrum cum cereo quem etiam ipse accendit; *can. Cleros. §. Acolyti. dist. 21.*

3 Sunt ergo *Acoluti* qui faculas & lumen deferunt in Ecclesia, dum sacra peragenda sunt mysteria, vel legendum Evangelium: *can. peractis. dist. 25. can. Acolytis. dist. 23.* non quidem ad effugandas tenebras vel ad Solem lucentem illustrandum, sed ut hoc luminis corporalis simbolo, significant lumen illud aeternum, eum, inquam, qui venit ut de lumine perhiberet testimonium, *D. Joan. in Evang. cap. 1.* quique lux ipse est, & qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, cujus veritatem didicit Ecclesia Catholica. *Petr. Gregor. in tagm. jur. univ. lib. 16. cap. 6. num. 1.*

4 De materia *Acolytatus*, ut & de forma, utraque quidem antiquam habemus varietatem antiquam.

Illam esse duplicem, & utramque, quantum ex antiquis Ecclesie constare potest monumentis, ex a quo esse antiquam dicimus, *cum Morino de Sacris Ordinatis. part. 3. exerc. 13. cap. 1.*

Una est Ceroferarium cum cereo traditio; Altera Urceoli vacui. In eo conveniunt omnes rituales antiqui & recentiores cum Concilio Carthaginensi IV. cap. 6. de quo in d. *can. Acolutus. dist. 23.* & antiquis finis Officiorum Authoribus. Sed materiam illam Carthaginensis Concilium, omnesque Rituales antiqui, tradi volunt ab Archidiacono Romano ordo materiam illam tradere vult Archidiacono, promittente vero Episcopum formam. Bellovacenses Codices, & Corbejensis, tribuunt utrumque Archidiacono.

Sed in prioris partis traditione tantum pronuntiatur forma, & ab Archidiacono, non Episcopo. Benedictio tamen sive oratio super Acolytum à solo funditur Episcopo; in quo conveniunt Rituales omnes. teste *Morino d. loco num. 8.*

Varietas in conjunctione forme cum Materia non est minor. Pontificale Romanum vult, Episcopum dicere, cum dat ordinandis Ceroferarium; *Accipite Ceroferarium, cum cereo, & sciatis vos ad accendendum Ecclesie luminaria mancipari, in nomine Domini. Amen.* Cum vero Urceolum; *Accipite urceolum ad suggerendum vinum & aquam in Ecclesia.*

charissimam sanguinis Christi, in nomine Domini. Amen. Verba eadem referunt antiquus Constantini Abbatis Codex, Ordo Romanus editus, huc tamen verbis omissis; *In nomine Domini, Amen.* Sed dictum Concilium Carthagense IV. omnesque Rituales antiquissimi, illam formam omittunt prorsus, cum tamen materiae commemorent partem utramque.

Corbejenfis tamen Codex antiquus, & Bellovacenses duo, hanc, cum datur Cereforarius, formam exhibent pronuntiatam ab Archidiacono; *Accipite hoc gestatorium luminis, ut per illud valeatis Adversariorum tenebras effugere, & verissimum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum, fideliter invenire.* Cum vero datur urceolus, nihil prorsus dicunt. Sed quis eam pronuntiet, Episcopus an Archidiaconus, dubium relinquunt. Pro provinciis variatum. Nunc sit uniformiter. *Morin. d. loco num. 9.*

Officium ergo & munus Acoluti est, candelabra & luminaria ad Altare, quando legendum est Evangelium, aut offerendum Sacrificium, ad latitiae demonstrandum signum deferre, urceolos ad aram deponere, ac necessaria pro Eucharistiae ministerio Archidiaconis preparare. *can. 1. dist. 25. can. 1. §. de servientes. dist. 33. S. Thom. in 4. dist. 24. qu. 2. art. 3. ad 6. Cuperus in repet. can. oportebat. dist. 79. in tit. de Acolutis. Barbosa. lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 38. num. 11.*

Prius instrui debet, qualiter in officio se habere debeat, & tunc accipere Cereforarium, id est, candelabrum cum cerco, ut sciat se ad accendenda Ecclesiae lumina, dum legitur Evangelium, mancipari. *Trat. de vero & perfetto Clerico. lib. 1. cap. 19. num. 50. Roderic. à Cunha in comment. ad can. Acolytus. dist. 23. num. 3.*

Hujus Ordo Lectoris ordine est major; Quia huic non licet sacra contingere in Sacratio; isti licet. *can. non liceat cuilibet. can. 2. seqq. dist. 23.*

Unde & nomen ἀνώλοτος, id est, non impediens; Is enim, cum in eorum, qui sacramenta praestant majora, numerum, non sit receptus, tamen non est impeditus, quin cum illis faciendis sacris interesse possit. Sic enim Graeci dicunt ἀνώλοτος ἐξοδος, ut *Lucian. in Timone.* & Herodianus

Yy

Orvinus
Personis
nes; Ecclesiarum

IV
32

dianusin 2. παρὰ τῆς ἐκείνου αἰσῆς καὶ ἀπέλυτος, ingressus liber, ut nec accessu prohibeatur.

De Acolyto Niceforo mentionem facit D. Cyprianus. lib. 2. Epistol. 8.

De atate ad Acolytatus Ordinem requisita non constat inter Doctores: Glossa in Clement. generalem. de atate. & qualiter ordin. dicitur hoc, & aliis minoribus, sufficere septennium; & servari hoc dicunt Zabarel. ibid. num. 7. Mandos. de minori atate; cap. 4. num. 12. Ugolin. de Offic. Episc. cap. 26. §. 2. num. 2. Bonacin. de Sacrament. disp. 8. quæst. un. punct. 5. num. 12. In Acolyto tamen duodecennium requiritur Glossa in sum. 77. dist. Et Imola; in d. Clem. generalem. num. 18. in sum. verb. Ordines. num. 1. Marcel. Vulpe in fori Eccles. praxi. cap. 3. num. 4. Valasc. in alleg. jur. tom. 1. alleg. 9. num. 1. & quidem expletum Monet. de distribut. quotidian. part. 2. qu. 19. Sufficere duodecennium vel decimum quartum, putat Rebuffus in sua praxi rubr. de Clericis ad Ordines sacros male promotis. gloss. 2. num. 1. Exigi decimum quartum, cum Sot. in 4. dist. 25. qu. 1. art. 2. vers. autem. Majol. de irregular. lib. 1. cap. 30. num. 8. Campan. in divers. Jur. Canon. rubr. 7. cap. 2. num. 3. putat Ba. bosā. d. lib. 1. & cap. 38. num. 2.

Dicta hæc sufficiant de Ordinibus, apud Latinos Minoribus etiam. De iis velle disputare curiosius, esset inutile. Cum, ut supra adnotatum, eorum à quolibet occurrente & non initiato. occupentur officia & ministeria, adeo ut vix administrantur ab initiatis.

TITULUS XII

De Psalmistis.

SUMMARIA.

- | | |
|--------------------|-----------------------|
| 1. Psalmista quis. | 4. Proprium. |
| 2. Ejus officium. | 5. Quomodo ordinetur. |
| 3. Quotuplex. | 6. Minor est Clerico. |

Psalmi-

Psalmistia dicitur Cantor, qui Psalmos & ceteras laudes cantat in Ecclesia. *can. Cleros. vers. Psalmista à Psalmis canendis. dist. 21. Galgancet. de Jure Eccles. lib. 3. tit. 30. num. 1.*

Ejus ministerium non pertinet per se ad Ordinem aliquem, cum hoc cantandi officium, licet non pertineat ad totam fideliem plebem, non tamen Clericorum sit proprium, ut ad illud assumantur illi soli. *Baron. annal. Eccles. tom. 1. anno Christi 44. num. 80. Suar. tom. de relig. 2. lib. 4. de horis Canon. cap. 9. num. 14. cum seqq. Vasq. tom. 3. part. 3. disp. 236. cap. 1. num. 5.*

Est tripartitum; Est enim qui præmittit vocem, & qui canendo subsequitur, & qui consonat: Primus dicitur *Præcentor*, secundus *Succentor*, tertius *Concentor*. *d. can. Cleros. vers. Cantor. dist. 25.*

Proprium tamen est canere extia pulpitem benedictiones, & laudes, atque antiphonas: *d. can. Cleros. dist. 25.* & sic, ut minor, distinguitur à Lectore. *d. can. perlectis.*

In Psalmista ordinatione capillorum fit etiam tonsura in coronæ modum, & induitur veste linea, ut in Pontificali.

Potest tamen quisque sola jussione Presbyteri psallendi exercere officium. *can. Psalmista. 20. dist. 23.*

Tonsuram verò deferre non debet, nisi eam acceperit primitus ab Episcopo. *can. 1. dist. 69.*

Est ergo, ut vult *Sebast. Cesar. in relect. de Eccles. Hierarch. part. 2. disp. 11. §. 4. num. 8.* Psalmista officium multò minus quàm tonsuræ primæ, & Clerici.

TITULUS XIII.

De Majoritate & Obedientia.

SUMMARIA.

1. In Ecclesia alii Majores, alii Minores. Et quare. Yy 2

2. Obedi-

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiarum

IV
32

2. Obedientia debetur superiori immediato.
3. Eius qua pena.
4. In quibus illa consistit.
5. Clericus est major Laico.
6. Habent Principes suas prerogativas.
7. Habent Episcopi.
8. Habent Clerici inter se ex ordine, potestate, Ordinationis tempore, Dignitate, Prerogativa Ordinantis. (nis.
9. Quomodo ratione Ordinationis.
10. De Monachorum vili origine.
11. Progressu.
12. Quomodo prerogativa Clericis inter se ratione potestatis.
13. Quomodo ratione ordinationis.
14. Ratione Ea praecedunt etiam Episcopi, sed non ubiq.
15. Capitulum in processione sequitur Episcopum.
16. Rationes Ordinationis etiam tribuitur prerogativa.
17. Diverso respectu potest quis esse major & minor.
18. Minor aliquando profertur majori.
19. An cumulatio Dignitatum inducat praedentiam.
20. Qua inter Religiosos & Monachos.
21. Rectoris Ecclesiae prerogativa.
22. Controversias de praecedentia quis terminet.
23. Potest Episcopus omnes etiam exemptos compellere, ut veniant ad processiones.
24. Qui excipiantur.
25. Majoritas Papa in quo eximia.
26. In obedientia adhaerent aliqua singularia.

Non omnes in caelesti Hierarchia seu Ecclesia Triumphantem sunt potestate, dignitate, & ordine pares; sic & ut in precedentibus ostendimus, in militante adhuc Ecclesia & personarum Ecclesiasticarum, seu Ministrorum & Judicum Ecclesiasticorum, diversi ac distincti sunt Ordines, iique alii Majores, Minores alii. Exegit hoc in Ecclesia hac necessitas; nec enim ea alioqui gubernari posset debite. *can. ult. dist. 89.*

Decorum, ut majores minoribus dilectionem; necesse, ut minores majoribus reverentiam, & quandoque praestent obedientiam. *c. 3. c. quod super. 9. hoc tit. d. can. ult. can. non oportet. 15. dist. 93.* Nempe quando non praecipunt quod illicitum; Deo enim magis parendum est, quam hominibus. *can. si Dominus. 33. caus. 11. qu. 3.* In dubio tamen parendum Superiori jubenti. *can. quid culpatur. 23. qu. 1.*

Debetur autem Obedientia potius proximo quam remotiori Superiori, quatenus ille nihil praecipit contra Superioris leges. *c. inter hoc tit.*

Sic Religioso potius est obediendum & parendum Abbati, quam Episcopo, & non est ordinandus Episcopi, sed Abbatis jussu. *can. si quis Monachus. 28. can. 34. cum pro utilitate. ib. qu. 1.* Uti nec Clericus Episcopi sine ejus consensu transferendus. *can. conquestus. 9. qu. 3.*

Inobediens subjacet censuram Ecclesiasticam, per quam, quatenus etiam inferre potest Superior, compellatur. *c. 2. c. illud. 5. c. quod super. 9. hoc tit.*

Hinc Abbatis subjectas inobedientes non excommunicat: *c. dilecto. 12. eod.* Spectat enim excommunicatio ad claves, quarum non est fecerim potestas. *cap. nova. 10. de penit. & remission.* Suspendit tamen, si jurisdictionis, quam ei dat consuetudo. *arg. c. dilecti. 4. de arbitr. Gloss. in d. c. dilecta. 12. & ibid. Innoc.*

Minor in Majorem attentat nihil: quo modo statuto dioecetano non ligatur Archiepiscopus, etiam in dioecesi existens; *cap. penult. hoc tit. & ibi Innoc. Abbas ad c. 1. in fin. de raptor. Zesf. in com. ad decret. tit. de constit. num. 34.* Neque enim minor majorem judicat. *can. pen. & ult. dist. 21. Zesf. ad h. tit. num. 3.*

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiasticis

IV
32

4 *Obedientia* autem consistit in tribus; videlicet *Reverentia*, *Pro-*
prio, & *Judicio*.

Reverentia, est in adfurgendo majori, salutando eum honorifice, cedendo ei primum locum in sedendo & cundo, & aliis quae pro maiori patriae majoribus & dignioribus exhiberi solent. *can. non oportet. 11. dist. 93. can. non oportet. 18. dist. 95. c. quod super. 7. c. statutus. 15. hoc tit.* Nisi minor majori sit commissa administratio. *Gloss. d. loc.*

Judicium & *praeceptum* consistunt in eo, ut minor coram maiore compareat; *judicium* subeat: *can. de persona. 38. caus. 11. qu. 1. & Gloss. monitiones, correctiones observet; mandato obtemperet. can. 18. quia frater. 7. qu. 1. c. si quis venerit. 2. c. quod super 9. c. cum in Ecclesiis. 10. c. dilecta filia. 12. hoc tit.*

5 Laico majorem & digniorem esse Clericum, est certum. Unde & huic ille debet reverentiam. Quam & Principes exhibent Episcopis. *c. 4. & 6. hoc tit.* Refertur de Carolo Magno morituro, filium Ludovicum monuisse inter caetera, ut Sacerdotibus honorem exhiberet, tamquam Patribus. Dicit *can. quis dubitet. 9. dist. 96. Sacerdotes Regum aliorumque fidelium, Patres & Magistros censeri.* Basilius Imp. filium adhortatur verbis: *Deum Optimum adames, honora ejus Ecclesiam, Sacerdotes ejusdem reverere, Clericos omnes honorifice complectere. Chrysostomus. lib. 2. tit. 2. num. 1. Concil. Matiscon. can. 14. statuit; Quis quempiam Clericorum honoratorum in itinere obviam habuerit, nisi inferiorem gradum honoris veneranter illi colla subdat, & si uterque vehitur, galerum secularis de capite auferat; si Clericus pedes gradum secularis vehitur equo, ilico ad terram desinat. Qui vero, inquit, honoris quae Spiritu Sancto dictante sancta sunt, transgressor fuerit, ab Ecclesia diu, quam diu Episcopus ejus Ecclesiae voluerit, suspendatur.*

6 Habent Reges & Principes suas prerogativas; Nam in *c. fin. de offic. deleg. in 6. c. ne aliquid. de privileg. in 6. c. sollicita. hoc tit.* ordinariis habetur conclusio; ut Reges, Reginae, eorum filii, in omni dispositione juris censentur non comprehensi, nisi exprimantur diserte. Concil. Trident. *sess. 25. cap. 8.* ab Episcoporum visitatione excipitur tronatus, pertinentes ad Imperatorem, Reges seu Regna Possidentes aliosque Supremos & sublimes Principes, jura Imperii in dominis suis habent.

habentes. Sic Idem Concil. *sess. 22. cap. 8.* à visitatione Episcoporum excipit collegia quæ sub Regum (adde Principum Regum jura possidentium) sunt protectione immediata, nisi de eorum licentia. Sic Regum beneficia in generali Regularum Cancellaria non comprehenduntur reservatione. *Gonzales ad reg. 8. Cancell. Gloss. 24. num. 153.*

Habent & Episcopi suas prerogativas. Decretum in Concil. *Constan. 8. gener. can. 14.* Ne Episcopi se gerant timide & abjectè, sed dignitatem servant cum modestia, cui vestigal, vestigal: cui honorem, honorem. *Dummodo, inquit, Principes & pii Imperatores, agnoscant sibi aequales Episcopos, & libere audeant, reprehendere, increpareq; & Principes, & ceteros qui militari honore fruuntur, si quid peccaverint. Siquis Episcopus dehonesterit dignitatem, vixeritq; abjectè, amoveatur per annum, & Princeps qui in causa fuerit, excommunicetur per triennium.* Dictis quadrat *cap. 11. & 12.* Concil. Antioch. & Innoc. III. *in c. solita. 6. hoc tit.* ad Imperat. Constantinopolitanum scribens, his utitur verbis. *Hæc autem si prudenter attenderet Imperatoria Celsitudo, non faceret, aut permitteret, Constantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Ecclesie juxta scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere, cum alii Reges & Principes Archiepiscopis & Episcopis suis, sicut debent, reverenter assurgant, & Eis juxta se venerabilem sedem assignent.*

Inhibitum propterea fuit olim in multis Sacris Conciliis, ut Cabianensi, Meldensi, Viennensi, Antiochensi, Aurelianensi, Sardicensi, Episcopis, ne frequentarent aulas Principum, etiam additis Anathematis penis. *Choppin. lib. 1. Monasticon. tit. ult. num. 28. Zypæus de jur. Pontif. novo. ad h. tit. num. 3.*

Imò Concil. Trident. *sess. 25. cap. 17.* vetat Episcopis dehonestare dignitatem suam, Regum ministris, Regulis & Baronibus in & extra Ecclesiam indecenter se submittere, eis loco cedere, personaliter inservire: jubet tam in Ecclesia, quam foris, & gradum & ordinem suum præ oculis habere, & ubique se Patres & Pastores esse meminisse: Vult eos Principes paterno honore & reverentia debita prosequi: & *sess. 25. cap. 6.* Eis in choro & capitulo actibusque aliis publicis sedem primam, & locum, quem elegierint ipsi, omniumque rerum agendarum præcipuam auctoritatem tribui.

Inter

Irvinus
Personis
nes, Ecclesiast.

IV
32

- 8 Inter Clericos, *Majoritas & prerogativa*, quâ quis cæteris paribus vel inferioribus dignior, majorique honore est afficiendus, c. 1. *locus* contingit modis variis; & quidem quinque: Nempe *Ratione Ordinibus; c. statumimus. 15. hic. Potestatis, Temporis Ordinationis, Dignitatis, & Prærogative Ordinantis.*
- 9 *Ratione Ordinis;* Quia qui sunt in majoribus Ordinibus, præferuntur iis qui sunt in minoribus, & tam in his, quàm in illis certum gradus: in *can. à Subdiacono. 5. dist. 9.* ita constituti. 1. Episcopus. 2. Presbyter. 3. Diaconus. 4. Subdiaconus. 5. Acolutus. 6. Exorcista. 7. Lector. 8. Ostiarius. 9. Abbas. 10. Monachus.
- 10 *Abbas* ponitur post *Ostiarium;* Quia olim cum primum Monachi esse cœperunt, & longo post tempore fuerunt Clericis minoribus subiecti. *d. can. à Subdiacono. can. alia causa. 6. caus. 16. qu. 1.* Erant enim eo tempore Abbates Monachorum Præfecti, ut & ipsi Monachi Laici. Unde S. Hieronymus inquit *16. quæst. 1. can. Monachus non habet officium, sed plangentis habet officium, qui vel se, vel mundum lugeat, & Domini pavidus præstoleatur adventum.*
- 11 Postea tamen Monachi & Clerici cœperunt esse & Sacerdotes poenitentiam tamen, nisi sibi invicem, tribuere ulli vetiti, mortuum nec sepelire, nisi Monachum morantem in monasterio, non visitare inermes, facere unctiones, publicas cantare Missas, filium accipere de baptismo, ad Ecclesiam transire secularem, ullisve se implicare negotiis. Est enim Monachus mundo mortuus, & vivit tantum Deo. *can. placuit. 1. can. interdicimus. 10. can. pervenit. 9. can. alia causa est. can. iuxta. can. qui verò. can. Agapitus. can. sunt nonnulli. 16. qu. 11.*
- Videntur tamen dicti canones pugnare invicem, sed ex successione & distinctione temporum habent solutionem, adeoque demonstrant, quomodo tandem officia omnia quæ fuerunt Cleri Secularis, sui juris ad Papatum usque, fecerint Monachi. In tantum, ut Abbates, Pontificum largitione nimia, pontificalia insignia, & ipsas functiones Episcopales, sacris ordinibus exclusis, sibi arrogaverint: & cum secularibus divitiis in primo Ecclesiæ statu amplè cumulatis, facile post Episcoporum in multis locis primas obtinuerint.
- 12 *Ratione potestatis,* puta vel *consecrandi*, unde Episcopus cæteris

omnibus, *can. olim. dist. 95. vel dispensandi*, unde Archidiaconus Archipresbytero. *c. l. de offic. Archipresbyt. c. un. de off. de offic. Primicer. est major. Ratione temporis ordinationis*; datur majoritas; Quia ceteris paribus, is qui prior ordinatus fuit, postea ordinato praefertur. *c. i. hoc tit. c. i. vers. si autem partes de paroch. can. ult. dist. 17. can. ult. dist. 75.*

Hinc Episcopi de jure, juxta ordinationis suae praerogativam praecedunt, dignitatis Sedium ratione habitâ nullâ. *can. Concilia. §. hinc autem. in fin. dist. 17.* Quod de consuetudine non servatur in Germania, nec non nullis locis aliis.

Quandocumque autem Episcopus indicit processionem & cum suo procedit capitulo, illud omnes alias praecedit dignitates, & cum eo conjungitur, ac simul consociunt corpus unum. *c. requisivisti. §. si vero de restam. Unde & Canonici Episcoporum appellantur fratres: c. quanto. de his qua fiunt à Prælat.*

Ratione dignitatis & praerogativae Ordinantis datur etiam majoritas; quia ordinatus à Superiore, inter alios ejusdem ordinis est magis honorandus. *c. per tuas. 7. hic.*

Sic ordinatus à Summo Pontifice aliquid deferendum est praeteris; licet per hoc non eximantur à Jurisdictione sui Episcopi. *d. c. per tuas. 7. & ibi Gloss.*

Potest quis diverso respectu esse major, & esse minor, vel aequalis: Sic Archidiaconus, Archipresbytero ordine est minor: ut enim Archipresbyter est Presbyter, ita Archidiaconus est Diaconus: *can. 1. 2. 3. dist. 60.* omnibus autem Diaconis praefertur Presbyteri: *can. Diaconi. 1. 2. cum 8. seqq. can. legimus. 24. dist. 93.* potestate verò Archidiaconus est major Archipresbytero, *ut dictum supra.*

Minor majori praefertur, si vires gerat ejus, qui utroque est major: Ut Diaconus Episcopi vices gerens, praefertur Presbytero. *can. pen. in fin. can. ult. dist. 93.*

Questionis est, utrum plurium graduum cumulatio, quorum nullus ad praerminentiam sufficit, faciat aliquem majorem eo, qui habet unum praerminentem. Respondet Zoësius *ad hunc tit. num. 9. arg. l. Spadonum. 15. §. qui jura. ff. de excus. tutor. quod non.* Unde Episcopus Doctor non praecedet Archiepiscopum non Doctorem, *Navar. conf.*

Zz

conf.

Irvinus
Personis
nes, Ecclesiarum

IV
32

conf. 5. num. 4. & 15. hoc tit. & Doctor Medicinæ, & Legum, non preferendus Doctori Canonum. Felin. in c. Clerici. num. 3. & ibid. Abbas, de judic.

20 Porro Canonici Regulares præcedunt Monachos: *Zerola part. 1. v. Processio. §. 4. & Clerus secularis regularem.*

Sed controversiarum de præcedentia tali decisio petenda plerumque à consuetudine. *Choppin. Monast. lib. 2. tit. ult. num. 23.*

Decrevit Papa Gregorius XIII. *in constit. incipit, exposcit. relatus per M. Anton. Gent. in praxi cap. 53. Piafec. prax. Episc. part. 2. cap. 4. num. 48. Quarant. verb. præced. ut inter fratres mendicantes ii, qui sunt in quasi possessione, seu jure præcedendi, præcedant in processionibus, & publicis, & privatis. Si de possessione non constat, præcedant in quibus prius domum aut conventum habuerunt in loco controversiæ. Quæ servantur in Belgio, teste Zypæo in jur. Pontif. novi Enarrat. Anal. tit. num. 7.*

Sacra tamen Congregatio, ad tollendas omnes præcedentiarum controversias, statuit in processionibus servandum esse id, quod in Roma Urbe servatur. *Quarant. & Piafec. d. loco. Zyp. d. loco.*

21 Sciendum generaliter, unumquemque Rectorem in Ecclesiâ propria, alios omnes, qui ejus Hierarchico ordine non sunt superiores, antecedere in dicendis Missis solemnibus, aliisque præ eminentiis omnibus. *Gonzalez. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 6. num. 101. & seq.*

22 Quoniam autem controversiæ tales plerumque incidere solent in processionibus, exequiis, deferenda umbella, & similibus; ne sacrilega profana retardentur contentione, decrevit S. Concilium Tridentinum *cap. 13. sess. 25. ut eas componere possit Episcopus appellatus amota omni, saltem quoad effectum suspensivum, et si non devotivum. Citati à Barbof. in Collect. Dd. ad Concil. Trident. 25. de reg. cap. 13.*

23 *num. 8.* & compellere omnes, siquidem ultra dimidium milliare non distent extra civitatem, etiam per censuras, ut in publicis compareant processionibus: adeo ut nemo, sed vocatus, exemptione teneatur se quominus teneatur venire ad processiones: *ex Sacra Congregat. Quarant. ubi supra. & ex eo Zypæus dict. loco num. 9. & 10.*

24 A mandato tamen Episcopi vocantis ad processiones publicas, excusantur

exemptos, excipiuntur in strictiori clausura viventes, ut sunt Carthusiani, Camaldulenses, Discalceati, & Cistercienses, *Choppin. Monasticon. lib. 2. tit. 1. num. 16.* nec non Confraternitates Laicæ, *Quar. ubi supra ex Congreg. Concil. Sacerdotes seculares, nullum officium aut beneficium Ecclesiasticum in civitate vel diocesi obtinentes: Congreg. Concil. 9. Maji 1597.*

Sunt autem *processiones publicæ*, (ut declaravit S. Congregatio apud *Quar. ubi sup.*) quæ vel consuetæ, vel fiunt ex causa publica, avertenda peste, introitu novi Episcopi, litanias generales, aut processions novæ indictionem. *S. Congreg. apud Serol. ubi supr. S. fin.*

Novæ indicere eadem declaravit S. Congregatio pertinere ad *Episcopum cum Capitulo*, & decernere quo & qua ducenda dirigenda que sunt. Consensum tamen Capituli non requiri resolvit dicta Sacra Congregatio, & quidem non obstante quasi possessione contraria, aut consuetudine. *Barbos. in Collect. Dd. d. loc. per Dd. Alleg. vers. 43. & seqq.*

In Parochiis autem spectat ad *Curatos*: sine quorum assensu non possunt dirigere aut mutare circuitum veterem regulares. *Barbos. ibid. num. 47. 31.*

Speçtat ad *majoritatem Papæ* eximie, quod omnes per orbem universam Episcopi per sua tempora ex Ecclesiæ more debeant visitare Apostolorum Limina, & statum Ecclesiæ suæ referre Pastori omnium universali; Itali quidem singulis bienniis, Transalpini trienniis: Transmarini quadrienniis: Indi decenniis. *Zypæus. d. tit. num. 14.*

Præcedentibus addenda tria; 1. Contra obedientiam non 26 admitti prescriptionem; quia non obediens semper est in mala fide: *c. cum non liceat. 12. & ibi Gloss. de prescription.* 2. In obedientia semper esse subaudiendam possibilitatem: *c. brevi. 17. de jurejur.* Impossibile enim nulla est inobedientia. *l. impossibile. 185. ff. de reg. jur. & c. nemo. 6. eod. in 6.* 3. Et ultimò obedientiam etiam juramento firmatam ad ea se non extendere, quæ jure sunt prohibita. *c. quod super. 9. hoc tit. & c. non est obligatorium. 58. de reg. jur. in 6.* Unde S. Augustinus dicit: *Non semper malum est, non obedire præcepto: Cum enim Dominus jubet ea, quæ sunt contraria Deo, tunc ei obediendum non est. can. 92. non semper. 11. qu. 3.* Et quæ facta ledunt pietatem, existimationem, verecundiam

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiæ

IV
32

diam nostram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores sunt,
nec facere nos posse credendum est. l. si filius. 15. ff. de condit. inst.

TITULUS XIV.

De Ordinatione Clericorum.

SUMMARI A.

- | | |
|---|--|
| 1. Ordinatio quid. | 13. Qui ab Episcopo originis, domicilii, aut beneficii ordines accepit alio denuo ordinari non potest. |
| 2. Quotuplex. | |
| 3. Potestas ordinandi apud Episcopum. | |
| 4. Alteri à Papa delegari non potest. | 14. An inter suos Episcopus numerent familiares. |
| 5. Restringe ad majores Ordines. | |
| 6. Quid si Episcopus caret Episcopatu. | 15. An Episcopus Titularis. |
| 7. Episcopus tantum ordinat suos. | 16. Quid de Episcopo ordinante alterius Diocesis subditum sine dimissionalibus. |
| 8. Qui tales ratione originis. | |
| 9. Domicilii. | |
| 10. Beneficii. | 17. Ordinare debet Episcopus in Diocesi sua Et Cur. |
| 11. Quando hoc procedat. | |
| 12. Potest Episcopus istis respectibus literas dimissorias concedere. | 18. An excipienda prima tonsura. |

- 19. An Episcopus Græcus Latinum, & vicissim ordinare potest.
- 20. An Episcopus Italiae Ultramontanum.
- 21. Papa potest cujuscunq; subditos.
- 22. Litera dimissoria quid.
- 23. Quotuplices.
- 24. Quis dat eos. Qui non.
- 25. Danda non nisi ex causa; quae inferenda.
- 26. Data quando exspirant.
- 27. Sine illis quando quis ob alieno Episcopo ordinari possit.
- 28. Ea quomodo formanda.
- 29. Quomodo differunt à Commendatitius.
- 30. An denegari possint Beneficiatis.
- 31. Inviti non ordinandi.
- 32. Minores ordines conferunt alii Pralati, sed ex privilegio.
- 33. An Cardinales, & quibus.
- 34. An primam consecrationem Parochi.
- 35. Quid, si quis acceperit Ordines ab ordinandi potestate non habente.
- 36. An ordinatio reiterari potest.

Nam enarratis Ordinibus nulli sunt, nisi per consecrationem ordinentur.

Ordinatio, est personæ Ecclesiasticæ consecratio, per quam gratia & potestas obeundorum Ecclesiasticorum munerum confertur.

Est vel major, quæ majores ordines; vel minor, quæ minores continet.

Utriusque conferendi potestas est jure directo & proprio apud Episcopum, sive majorem pralatum, Episcopalem consecrationem licet non Episcopatum habentem. Est enim proprium Episcoporum officium.

Z z 3

Orvinius
Personis
nesi Ecclesiasticis

IV
32

cium. *can. per lectis. dist. 25. Concil. Trident. sess. 23. cap. 4. & 7. Bolog. de potest. & offic. Episc. part. 2. alleg. 3. num. 2. Covarr. lib. 1. var. resolu. 4. cap. 10. num. 9. & 10. Azor. Inst. moral. lib. 3. cap. 30. qu. est. 4. Adhuc ut illud ne quidem à Papa, alteri possit delegari, non Episcopo: d. Concil. Trident. d. loco cap. 8. D. Thom. in 4. sentent. dist. 7. Covarr. d. loc. D. Gloss. 1. in c. 4. de consuet. Zes. in com. ad tit. de tempor. ordinat. & qual. ordin. num. 7. vid. Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 1. part. 2. cap. 1. cum seqq. Alzed. in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. de ordinatione. num. 5.*

5 Notandum tamen hoc quod dicimus, ad majores esse restringendum Ordines; Minores enim, ut vidimus & videbimus, & à Minoribus Episcopis, conferri possunt.

6 Deinde quod diximus *quemcumque Episcopum posse conferre Ordines licet non habeat Episcopatum*, expositionem recipit duplicem. Nempe primò hanc: Aut deposuit non solum Episcopatum, sed & dignitatem & tunc ordinandi potestas restringitur tantummodo quoad officii executionem ad minores Ordines; in majoribus tantum confertur characterem, non etiam officii executionem: Aut deposuit quidem Episcopatum, sed retinuit Dignitatem, & tunc non solum in majoribus characterem, sed & officii quoque confertur executionem. c. 1. de ordinat. Episc. qui renunc. Hieron. ver. in Examine Episcop. lib. 1. cap. 12. num. 14. Barbosa per Dd. alleg. in lib. 1. Juris Eccles. Univ. cap. 33. num. 13. deat. & Gratian. discept. forens. cap. 291. num. 50. cum seqq. Secundo hanc, Quod ut à quocumque Episcopo character & executio officii conferatur simul, exigi non solum dignitatem, sed & jurisdictionem, quidem talem, quæ aut non cedatur, aut habenti, per censuras non suspendatur. c. fin. de ordin. ab Episc. qui renunc.

7 Non sufficit Episcopum conferre ordines, sed & conferre debet suis, id est, iis qui sunt de sua diocesi, sed jurisdictione ordinaria: *can. Episcopus. 1. 7. qu. est. 1. c. cum nullus. c. fin. de tempor. ordin. in 6. Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. sess. 23. cap. 8.*

Tales in d. c. cum nullus. dicuntur tripliciter, aut ratione originis, aut domicilii, aut beneficii Ecclesiastici, quod possident. Ricc. in praxi Sacram. Ordin. decis. 297. & seqq. 15. Torreblan. in practicab. Juris Spiritual. lib. 2. cap. 2.

2. cap. 12. num. 7. *Barbof. d. lib. 1. & cap. num. 20. Zypæus in Jur. Pontif. nov. Analyt. Enarrat. tit. de ordinand.*

Nati in diocesi, ut ab Episcopo ejus ordinari possint, dicuntur, qui in ea venerunt in lucem; *Gloss. in cap. 1. verb. alienigenas. de usur. in 6. Piafec. prax. Episcop. part. 1. cap. 1. Campan. in divers. jur. Canon. rub. 9. cap. 8. num. 9. Squillante de privileg. Cleric. cap. 4. num. 260. quorum patribi natus, licet aliunde oriundus; Navar. cons. 19. de tempor. ordinand. Zerola in praxi Episcop. parte 2. verb. dimissoria. pag. 20. Comit. respons. moral. lib. 6. qu. 45. aut, tempore nativitatis filii, ad diocesim aliam transfulerit domicilium; S. Congreg. Concil. in Viciagaen. 12. August. 1618. & 7. Aprilis 1629. Barbof. d. lib. 1. & cap. num. 24. qui in ea diocesi baptizati, licet in alia nati. Piafec. d. part. 1. tit. 1. num. 9. Zypæus d. tit. num. 4.*

Ratione domicilii, Domicilariis ordines conferre potest Episcopus, qui in sua diocese loco aliquo degunt, animum in eo perpetuo manendi habentes. *Navar. cons. 10. in antiq. & cons. 2. in novis. de tempor. ordinat. Riccius in fori Eccles. prax. resol. 63. Ugo. de offic. Episc. cap. 26. §. 2. Campan. d. cap. 8. num. 18. Torreblanca d. lib. 2. cap. 13. num. 10.*

An autem animum habeant istum, colligendum ex eo, utrum illic emerint domum, possessionemve aliam, utrumve conduxerint; *Rota decis. 150. incip. Domini dixerunt. num. 8. part. 2. divers. Prosper. de August. ad Quarant. in Sum. Bullar. verb. Ordo. vers. ita tertium. Ugo. d. §. 2. num. 2. Sic; Utrum in locum illum majorem bonorum partem transfulerint, ibi contraxerint, dies festos celebraverint. Sola enim domus aut emptio, aut conductio, aut partis bonorum translatio, non facit domicilium. c. dilectus de rescript. c. si Episcopus. de Paroch. d. c. cum nullus. Piafec. d. cap. 1. num. 9. vers. vel sum. Ricc. d. resolut. 263. num. 2.*

Sed ad istas conjecturas tum demum recurritur, cum de animo eorum dubitatur, verbis nunquam declarato, non minori tamen quam decemni habitatione assidua ostenso. *Mascard. de probat. conclus. 534. num. 7. per l. 2. C. de incolis. Piafec. & Ricc. dd. loc. Menoch. de arbitr. cas. 85. num. 13. Aliàs ubi de voluntate constat, eo ipso, absque temporis lapsu*

Orvinius
Personis
nes, Ecclesiast.

IV
32

Iapſu ullo, acquiritur domicilium: *Abbas in c. fin. num. fin. de Paroch. Bald. conſil. 313. num. 1. lib. 4. Corn. conſil. 209. num. 1. in fin. lib. 1. Squillante de privileg. Cleric. cap. 4. num. 243. Rota deciſ. 150. num. 1. part. 2. diverſ. & deciſ. 188. num. 3. part. 2. recent.*

Nec ad domicilii mutationem Episcopi requiritur licentia. *d. c. fin. ubi Abb. num. 1. de paroch. Ugolin. d. cap. 26. §. 2. num. 2. Campan. d. cap. 8. num. 25.*

Tenentur tamen huiusmodi Domiciliarii testimonium portare veritatis, circa mores, sufficientiam, ac natalitia; nisi ab annis tenens fuerit translatum domicilium, & illic habitatio usque ad promotionis tempus continuata. *Concil. Trident. d. sess. de reform. 23. cap. 5. Barbos. d. lib. & cap. num. 31.*

10 *Ratione Beneficii Ecclesiastici* illud obtinens ordinari potest ab Episcopo Diocesis, in qua illud habet, seu ab alio de eius licentia, quamvis ei alio non sit subditus modo. *d. c. cum nullus. Ugolin. d. cap. 26. §. 3. Garcias. de benefic. part. 2. cap. 4. à num. 1. Ricc. d. tract. resolut. 258. in Edit. aliq. citati per Barbos. d. lib. & cap. num. 32.*

11 *Quod procedit multipliciter.* *Primò;* Debere Ordinandum beneficium, licet absque titulo iusto, possidere; *Riccus part. 2. deciſ. 188. Squillante de privileg. Cleric. cap. 4. num. 233. Garcias de benefic. part. 2. cap. 4. num. pen. & ult.* *Secundò;* Possè Episcopum cum eo in interstitiis, illegitimitate ad minores ordines, dispensare, *Garcias d. cap. 4. num. 14. Squillante d. cap. 4. num. 244.* *Tertiò;* Sufficere possessionem beneficii non requirentis residentiam; *arg. d. c. cum nullus. Puffendorf. d. c. 1. num. 10. vers. Secundo. Bonacina de Sacrament. disput. 8. quæst. un. puncto 4. prepos. un. num. 14. Campan. d. cap. 8. num. 12. Sanchez de matrim. lib. 7. cap. 1. dub. 23. num. 7. Diss. Lessus. lib. 2. de iust. & iur. cap. 34. dub. 19. num. 92. Scip. de Rubeis in Aphorism. Episcop. verbo Ord. do. 18.* *Quartò;* Sufficere possessionem præstimonii; *secund. Henr. in sum. lib. 10. cap. 22. §. 1. in commento. lit. H. Campan. d. cap. 8. num. 13. vers. & qui. Ricc. d. tract. resolut. 258.* *Quintò;* Sufficere beneficium haberi in commendam; *Garc. d. part. 2. cap. 4. num. 10. Squillante d. cap. 4. num. 242.* *Sextò;* Non obesse, quod beneficium certum ordinem habeat annexum; *Franch. ad d. c. cum nullus. num. 3. Ricc. in præf. d. cap. 8. num. 25.*

aurca. resol. 49. num. 3. Septimo; Quod sit reue; Garcias dicta parte 2. cap. 4. num. 8. Campan. d. cap. 8. num. 12. Diss. Ugin. de offic. Episcopi cap. 26. §. 3. in fine. Riccius in d. praxi Ecclesiast. fori. resol. 260. Octavo; Quod ordinandus habeat plura beneficia in diocesis diversis: Anchar. ad d. c. cum nullus. num. 1. vers. circa secundum. Campan. d. cap. 8. num. 14. Nono; Quod beneficium, quoad provisionem, alteri Episcopo sit subiectum. Prosp. de August. in addit. ad Quarant. verbo Ordo. vers. circa secundum. Garcias d. cap. 4. num. 15. Campan. d. cap. 8. num. 15.

Non procedit autem, Si beneficium obtentum aut fuerit in fraudem; *Piassec. d. part. 1. cap. 10. num. 10. vers. ratione beneficii. Ricc. d. tract. resol. 262. Novar. in singular. jur. Canon. conclus. 2. num. 21. aut ex causa pensionis: Ugin. d. cap. 26. §. 3. vers. excipitur tamen primo. Riccius. d. tract. resol. 261. A Cuccha ad princ. dist. 71. num. 9. aut ordinandus habeat prebendam temporalem. Ricc. d. tract. resol. 49. num. 3. Barbof. d. lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 33. à num. 33.*

Sicut verò potest quis ordinari ab Episcopo originis, domicili, 12 beneficii, ita potest etiam à quolibet eorum literas accipere dimissorias; ut ab alio valeat ordinari. *Molfess in sum. Theolog. moral. tom. 1. patr. 2. tract. 2. cap. 2. num. 21.*

Quod si verò subditus aliquis sive ratione originis, sive domici- 13 lii, sive beneficii; ordinem susceperit ab uno Episcopo, ordines alios ab alio ex dictis Episcopis suscipere non poterit. *Archid. in c. ne caprande. de concess. prebend. Achil. de Grassis decis. 13. de pension. Molfes. & cap. 2. num. 10. Diss. Zipaus in consult. canon. lib. 1. de etat. & qualit. ordin. cons. 3. Diana moral. resol. part. 6. tract. 7. resol. 35.*

Inter subditos Episcopi solebant etiam numerari ejus familiares, 14 proptereaque, eos ordinare poterat; indifferenter; sed Concilium Trident. sess. 23. de reformat. cap. 9. requirit familiaritatem annorum trium; & quidem continuam, *Campan. d. rubr. 9. cap. 9. num. 12. Novar. d. conclus. 103. num. 3. Scipio de Rubeis in Aphorif. Episcop. verbo familiaris triennalis. num. 1. presentem, Majol. de irregular. lib. 4. cap. 2. num. 5. Frat. Emman. in Sum. part. 2. cap. 14. num. 10. Piassec. prax. Episc. part. 1. cap. 1. num. 15. aliq. allegati per Barbof. d. lib. 1. & cap. 33. num.*

Orvinius
Personis
nes, Ecclesiast.

IV
32

46. & 47. Sufficit tamen incepisse ante Episcopatum adeptum. Riccius in collect. decis. collect. 596. vers. amplia quinto & in praxi decis. 309. in prima; in 2. edit. resolut. 268. tit. 1. Garc. d. tract. part. 1. cap. 5. num. 83.

Episcopo afferenti aliquem esse familiarem suam non creditur. Riccius. in praxi decis. 309. aut resolut. 167. num. 2.

Tenetur autem Episcopus familiari suo triennale, ut eum possit ordinare, quacunque fraude cessante, statim aut paulò post, conferre beneficium; Barbof. de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 5. princ. & d. lib. & Cap. Jur. Eccl. Univ. num. 45. & 50. & quidem firmum in sua diocesi: S. Congreg. Concil. sub die 22. Aprilis. 1617. Barbof. alleg. 5. num. 11.

Non potest tamen Episcopus cum familiari suo trienniali, alio non subdito, super illegimitate, etiam ad minores Ordines, et super interstitiis, dispensare. Barbof. d. lib. & cap. num. 14.

Quod diximus Episcopum posse ordinare familiarem suum, non pertinet ad Episcopum Titularem; Nec enim is, cujuslibet familiaritatis, aut continuæ commensalitatatis suæ prætextu, aliquem absque proprii Prælati consensu expresso aut litteris dimissoriis, ordinare potest. Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 2. Scip. de Rubis. d. verb. familiaris triennialis. num. 4. Barb. d. loc. num. 53.

Episcopus porro alienæ diocesis subditum ordinare potest, sed non absque superioris licentia; per litteras dimissorias: 2. de tempor. ordin. in 6. (de quibus postea;) Alioquin Episcopus ordinans ab exercitio Pontificalium, ordinatus ab executione Ordinis ipso jure suspenditur, quamdiu Ordinario videbitur. Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 8. & 4. cap. eos qui 2. & ult. eod. in 6. licet olim deponeretur can. nullum. 19. qu. 2. postea per annum à collatione Ordinum suspenderetur. d. c. eos qui. & c. ult. Barbof. d. lib. & cap. num. 54. Vallens. in parat. ad decret. ad tit. de tempor. ordin. §. 3. num. 3.

Hinc tonsuratus ab alieno Episcopo non est ad beneficia habendus, perinde ac si tonsuram non haberet, c. fin. de Cler. excom. ministr. Concil. Trident. sess. 6. cap. 5. Quia paria sunt, non habet tonsuram, & habere inutilem. Rebuff. de formula dimissorias. 22. Val.

22. Vallens. d. loco. Covarr. lib. 3. var. resolut. cap. 20. num. 9. Navar. cons. 19.

Debet Episcopus etiam conferre Ordines in *Diocesi sua*, 17 non sine consensu loci Ordinarii, in aliena *can. 1. nullus alterius. can. 3. nullus primas. 9. qu. 1.* Nec enim ea res est voluntariae jurisdictionis. Cum non conferantur Ordines, nisi ab Episcopis celebrantibus, & Episcopali habitu indutis. Ita ut ea iudicium contineat strepitum, ideoque in aliena non exercenda provincia: *Gloss. in Clem. 1. de privi- leg. Cler. Concil. Trident. sess. cap. 5. de reform. Covarr. & Navar. d. loc.*

Excipi debere primae tonsurae collationem videtur, cum ea 18 minime videatur esse jurisdictionis voluntariae, quae etiam in aliena exercetur provincia, iudicis loci non petita venia, & conferatur sine Pontificalibus. Sed Concilium Tridentinum *d. sess. & cap. 5.* & eam comprehendit sub regula, ne oriatur inter jurisdictionem & dioceses confusio. *Covarr. d. loc. Zoef. in comm. ad rit. de tempor. ordin. num. 10.* & ne indigni atque ignoti promoveantur ad Ordines. *Barbos. d. lib. & cap. num. 66.*

Et ne rituum fiant commixtiones, non possunt Graeci à Latinis, 19 aut contra, ubi eorum ritus differunt, ordinari. *c. cum secundum. 9. de tempor. ordinand.*

Quod si Graecus Episcopo Latino subiectus ordinetur à Graeco sine Latini licentia, ei interdicitur executio; sin de Latini licentia, toleratur. *c. quod translationem. 11. eod.*

Episcopi quoque Italiae prohibentur ultramontanum, qui Epi- 20 scopi sui habere non potest litteras, sine Papae consensu, ordinare. *c. 1. de tempor. ordinand. in 6.* Nisi sit regularis. *S. Congreg. negot. Episcop. & Regular. praepos. sub die 30. Decemb. 1617. Papa Urbanus VIII. constit. incipit. Secretis sub dat. 11. Decemb. 1624.*

Summus vero Pontifex, ob summam, quam in universam ha- 21 bet Ecclesiam potestatem, potest cujuslibet Ecclesiae Clericos ordinare. *can. per principalem. 1. quast. 1. can. penult. & ult. 9. qu. 3.* nec potest Episcopus eum, quem ipse ad Diaconatum vel Subdiaconatum promovit, sine Eius licentia ad majores promovere ordines. *can. filium. 1.*

Orvinus
Personis
nesi Ecclesiast.

32

qu. i. c. in distribuendis. de tempor. ordinand. Cochier. de jurisdic. ubi
in exemptos. part. 1. quæst. 21.

Sed ut hæc intelligantur melius, dicendum de *Litteris dimissorias*.
Nam, ut diximus, Episcopus alienæ dioceseos non potest, absque
Superioris ejus licentia, ordinare subditum.

22 *Litteræ dimissoriae* sunt, quibus alicui, sed petenti, *can. i. dist. 72*
fit potestas suscipiendi ordinis ab alio, quam à proprio Episcopo.

23 Sunt vel *Speciales*, vel *Generales*.

Illæ, in quibus exprimitur quod quis ordinari possit à tali vel tali
Episcopo, & tam ab alio, quam expressio ordinari nequit; unius enim
expressio, alterius est exclusio. *c. nonne. de præsumtion.*

Idè si Episcopus in litteris dimissoriis nominatus, quia impediri
nequeat conferre ordines, eosque in sua diocesi conferri curet per alium
um, non poterit ordinare nisi personas subjectas Episcopo, licentiam
danti. *Concil. Trident. sess. 6. cap. 5. Zerola. d. loc. verb. Abbas. Vallens.*
d. cap. §. 4. num. 2.

Hæc sunt, in quibus persona non exprimitur; veluti quod a quo
libet Episcopo quis ordinari possit.

Continere debent hæc litteræ. *Ordines*, qui vigore illarum con-
ferendi sunt, aliàs per facultatem recipiendi ordines minores, vel et
dines tantum, non comprehenderentur majores. *arg. c. i. de tempor.*
ordin. Vallens. d. loc. num. 2.

24 Eas dare primò; potest *Pontifex Summus*, & quidem Christianis
omnibus, *c. i. eod. in 6. ibi. nisi à nobis.* propter primatum. *can. cum*
ita per mundum §. qu. 3.

Secundò; *Proprius Episcopus* suis subditis; sive sit Episcopus ori-
ginis, sive domicilii, sive ratione beneficii. *d. c. cum nullus. eod. in 6.*
modò tamen de probitate morum, sufficientia ordinandi, sufficienter
tem habere possit informationem. *Vallens. d. loc. §. 4.*

Episcopi verò superior seu *Archiepiscopus* non potest Metropolita-
tano jure, Episcopi subditis dare dimissorias. *Dd. commun. ad d. c. cum*
nullus.

Prælati Episcopis inferiores, sive sint *Religiosi*; sive *seculares*, non
possunt similiter subditis suis dare dimissorias, citra speciale Aposto-
licæ

hæc Sedis indultum; c. 3. eod. in 6. Concil. Trident. d. sess. 23. de reformat. cap. 10. Nisi id faciant ex legitima consuetudine; *Rebuff. in praxi benef. tit. de litteris dimissorias num. 6.* vel nisi Episcopus hanc potestatem vicario suo, etiam generali, dederit mandato speciali; *Piasec. praxi. Episcop. part. 1. cap. 1. num. 13.* vel Episcopus absit longè, nec ejus speretur reditus brevi; d. c. cum nullus. *Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 7. num. 9. Vener. in exam. Episc. lib. 1. cap. 16. num. 12. Alsed. in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 87.* Nam hoc casu eas dare potest ipse in spiritualibus vicarius generalis: *Vallens. d. loc. §. num. 3.*

Potest & Capitulum Sede vacante, mortuo scilicet Prælato vel ab hostibus capto, eas dare. d. c. cum nullus. Atque tamen non nihil per Concilium Tridentinum partim sess. 7. de reformat. cap. 10. partim sess. 23. cap. 10. est recessum, prout ibi videre licet. *Vallens. d. loc. vid. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 123. Campan. in divers. jur. Canon. rubr. 9. cap. 8. num. 4. Barbos. d. part. 2. alleg. 7. num. 8.*

Sed & ab eodem Concilio statuitur, d. sess. 7. cap. 11. ne facultas res de promovendo à quocunque data suffragentur, nisi habentibus, quominus à Proprio ordinari possint Episcopo, causam legitimam, qualis est morbus. d. sess. 23. cap. 3. & omne legitimum & justum impedimentum. *Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. dimissorie ad 5. vers. in litteris exprimentam; Piasec. d. part. 1. cap. 1. num. 12. Campan. d. rub. cap. 7. num. 4.* Quodque tunc non ordinentur nisi ab Episcopo, in sua diocesi residente, aut pro eo Episcopalia exercente, & pravo diligenti examine. d. sess. & cap. 8. Nam sicut non potest ordinare alienæ dioceseos subditum, ita nec exercere pontificalia, etiamsi cujusvis privilegii prætextu; *can. 1. 3. 6. 7. caus. 18. qu. 2. d. Conc. Trident. sess. 6. de reformat. cap. 5.* nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantum. Alioqui si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium; & sic ordinati, ab executione Ordinum sunt suspensi. d. Conc. Trident. d. c. 5. *Vallens. d. §. & num.*

Litteræ verò dimissorie sive ab Episcopo, sive alio legitime concessæ, non expirant naturali morte vel civili, vel finita potestate concedentis, nisi revocentur per successorem; *Navar. ad c. placuit. de panitent.*

Orvinius
Personis
nesi Ecclesiæ

IV

32

*penitent. dist. 6. num. 34. & 163. Cardinal. in Clement. fin. qu. 5. de de-
fitione. Sic nec concessa à Capitulo expirat Sedis vacatione finit
Rebuff. de forma dimissoria. Piac. d. part. 1. cap. 1. num. 14. in fin. de
lenf. d. loco.*

27 Ordinari tamen duobus casibus quis potest ab alieno Episcopo sine his dimissoriis; puta, Si proprius Clerici Episcopus, ab ordinum collatione fuerit suspensus, eo quod alienos ordinaverit sine licentia, & manifesta ejus sit suspensio. *c. 2. & ibi Gloss. de tempor. ordinand. in 6. Barbof. d. lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 33. num. 74.* Si ordinandus triennio praesens cohabitavit Episcopo alieno; *ut antea dicitur Valleng. d. loco. in fin.*

28 In dandis dimissoriis formam à Canonibus introductam, *dist. 77. per tot. singuli Episcopi* servare tenentur; quamvis hodie ea praesertim servetur. *Barbof. d. loco. num. 74.*

29 Differunt dimissoria à litteris commendatitiis, quod haec ad effectum susceptionis ordinum tantum dentur, illae vero etiam duntaxat à jurisdictione. *can. 1. d. dist. 73. Piac. d. loc. num. 11. in fine. de Instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 49. qu. 1.*

30 Non potest Episcopus denegare ordines aut dimissorias ei, qui obtinet beneficium, vel in dignitate Ecclesiastica est constitutus; *ex tenore. de tempor. ordinand. nisi in eo deficiant qualitates requiritae aut aliquod habeat Canonicum impedimentum; de quibus infra. potest denegare aliis c. ad aures. eod. sac. Concil. Tridentin. sess. 17. de re form. cap. 2. in verbis; nisi illis, quos Episcopus judicaverit assumendis. Gloss. in c. 2. verb. visum fuerit. de corpore vitiat. ordin.* Et à denegatione non conceditur appellatio. *Riccus in praxi rec. fori Eccles. dist. 693. in edit. 1. alias resolut. 587. in edit. 2. Barbof. d. lib. 1. & cap. 33. num. 77.*

Contra Episcopus, ni velit, à celebratione Missarum, & ordinum collatione suspendi per annum, non potest invitos, *princ. & can. 1. & 2. dist. 74.* aut regulares contra Praelatorum suorum voluntatem ordinare. *can. monachi. cum seqq. 16. qu. 1. c. ad aures de tempor. ordinand.*

Minorum Ordinum, ut supra diximus, ordinatio, fieri potest etiam à Prælati, non Episcopis, *c. cum contingat. 11. de at. & qual. ordinand. c. veniens. 18. de prescript. idque non Episcoporum delegatione, Gloss. in can. pervenit. dist. 95. Alzed. in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 10.* Sed Apostolica Sedis privilegio.

Ex quo habent Abbates perpetui, quod possint conferre primam tonsuram, & quatuor minores ordines, *can. quoniam. dist. 69. d. c. cum contingat. 11.* sed sui duntaxat monasterii monachis, & regularibus sibi subditis & in suo tantum monasterio, & quidem post professionem, ne exeant postea, & sic fraus committatur, quæ præcavenda; *c. Abbates. ubi Gloss. & Dd. de privileg. in 6. Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 10. Rebuff. in praxi tit. de Cleric. & à quib. & quom. creantur. num. 17.* etiam sine Episcopi examine; *Navar. conf. 14. de privileg. modo tamen ipsi sint Presbyteri, & impositionem manuum acceperint ab Episcopo. d. c. cum contingat. d. c. Abbates. can. 1. dist. 69. Auguian. de legib. lib. 2. contr. 1. num. 70. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 18. num. 5. Alzed. d. cap. 5. num. 8.*

Cardinales quoque Presbyteri, tantum, minores ordines conferre possunt Familiaribus suis, nec non Clericis ac Regularibus quibuscunque ad ordinariorum suorum tantum voluntatem. *Joan. in c. 1. num. 14. de supplend. neglig. Pralat. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Cardinalis. num. 7. Alzed. d. cap. 5. num. 9. Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 1. part. 2. cap. 10. num. 1. Barbosa. de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 2. num. 15.*

Imò Abbas in *c. quanto num. 9. vers. quinimò dico. de consuet. vult* primam tonsuram conferre posse Presbyteros parochiales; Quemcunque simplicem sacerdotem hoc posse, vult *Gloss. verb. lectoris. can. quoniam. dist. 69.* nec non Archidiaconos, *in can. Psalmista num. 2. in fin. dist. 23. Innoc. in d. c. cum contingat. num. 1. ubi Hostiens. num. 2.* Quorum sententia repugnat Ecclesiæ usus. *Sor. in 4. dist. 25. qu. 1. art. 1. ad 2. argum. Sanch. in consil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 1. Marchin. d. dist. 1. part. 2. cap. 10. num. 3.* Rejicienda ergo.

Qui ordines accepit ab eo qui non habuit ordinandi potestatem, necque characterem, necque Officium conferendi, iterum, si invenia-

Orvinius
Personis
nisi Ecclesiæ

IV
32

inveniatur idoneus, ordinari poterit. *can. Presbyteri. dist. 68. can. Daibertum cum seqq. l. qu. 7. ut si dubium utrum is qui ordinavit, fuerit Episcopus: aut si ordinatus aut non, aut malè fuerit baptizatus, can. si quis confugerit. l. qu. 1. c. 1. cap. veniens. de Presbyter. non baptiz.*

36 Alioquin ordinationis reiteratio interdicta. *can. 1. dist. 68.*

TITULUS XV.

De temporibus ordinationum.

SUMMARIA.

- | | |
|--|--|
| 1. Ordines conferendi certis temporibus. | 9. Quidsi ordinatio extra statuta tempora facta. |
| 2. Quibus minores. | 10. Ordines accipiendi gradatim. |
| 3. Prima tonsura ad ordinantis libitum; Et Cur. | 11. Quidsi quis accepit persaltum. |
| 4. Quibus temporibus maioribus. | 12. An dispensationi in hoc locus. |
| 5. An non Et qui casus excepti. | 13. Ordines Sacri per temporum interstitia conferendi. |
| 6. Unde, quod in diebus jejuniorum confirmantur. | 14. An Et minores. |
| 7. Unde, quod in die sabbathi. | 15. Quid hic per Concilium Tridentinum statutum. |
| 8. Circa hac tempora quæ potestas Pontificis. | 16. An dispensationi Et curatis, hic locus. |

Porro Episcopus certis & legitimis temporibus conferre debet Ordines.

Distinguendum tamen inter Ordines Minores & Ma-
jores.

illos conferre potest, quando, & ubi ipsi libuerit, c. quando. dist. 2
75. intra tamen dioccesin; Concil. Trident. sess. 6. de reform. cap. 5. &
praesertim Dominicis aliisque diebus festis: c. 1. & c. de eo. 3. de temp.
ordinand. Rebuff. in praxi benef. part. 2. tit. de Clerico ad ordin. sacros ma-
le prom. Vivald. in candelab. aureo. tot. de Sacram. Ordin. num. 36. vers.
tertia conclusio. Alzed. in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 51. Thom.
Valse. allegat. juris tom. 1. alleg. 4. num. 4. & quidem à laboribus & ope-
ribus servilibus feriatis. Nald. in Sum. verb. Ordo. num. 15. Basil. Pon-
ti. de matrim. lib. 5. cap. 30. num. 7. Nec, ut volunt Fr. Emanuel
tom. 8. de regularib. quest. qu. 23. art. 5. Gabaret. in Enchirid. Episc.
verb. Ordines minores. num. 15. aliq. sufficit esse duplicis festi in Ordi-
ne ad officia divina. Barbosa lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 33.
num. 14.

Excipitur prima tonsura, quæ cum sit jurisdictionis voluntaria, 3
& in Episcopatu, & extra, secund. Rebuff. in praxi tit. de Cleric. & à
quib. & quomodo. & c. num. 12. & omni die; Hostiens. & Anton. in c.
consultationibus. 16. eod. conferri potest ad Ordinantis libitum. Bar-
bof. jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 33. num. 175.

Majores ordines, qui & sacri appellantur, c. sanè. 2. hoc tit. c. 1. 4
de ordinat. ab Episcopo. qui renuntiavit Episcopat. conferri non debent,
nisi quatuor anni temporibus, quibus ab Ecclesia indicantur jejunia; &
aliis duobus diebus; hoc est, Sabbatho, quo Christi exurgentis pie co-
latur memoria, & celebratur, & qui diem Dominicam, quæ de passio-
ne dicitur, pandit. d. c. sanè. 2. d. c. de eo 3. & ibique Canonist. hoc tit.
nulla contraria obstante consuetudine. d. c. 1. 2. 3. c. cum quidam. 8.
eod. Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 8.

Duo tamen excipiuntur casus. Primus: Si tanta sit ordinando- 5
rum multitudo, ut nequeant omnes ordinari in Sabbatho: Tunc enim
insequentem diem dominicam differri potest collatio. Secundus; Si tam
Bbb ab

Orvinius
Personis
nes Ecclesiarum

IV

32

ab ordinandis, quam ordinantibus, seruetur jejunium usque ad sequentem diem. *can. quod à Patribus. d. dist. 57. c. litteras. hoc tit.*

6 Ut in diebus jejuniorum tantummodò Clericorum celebrantur ordinationes, ex Apostolorum traditione, *can. quod die d. dist. 57. can. 1. dist. 67. à Sanctis Patribus fuit institutum. can. à Patribus 4. d. dist. 75. can. un. dist. 52.*

7 Conferuntur etiam potius Ordines in Sabbatho, quam diebus aliis; Quia dies Sabbathi consecrata est Spiritui Sancto, cujus in Ordinibus recipiuntur dona. *Vallens. in par. decretal. hoc tit. §. 5. num. 2. in fin.*

8 Potest tamen Summus Pontifex quolibet tempore, ac diebus Dominicis & festivis eos conferre; eandemque facultatem etiam alii in favorem ordinandorum concedere Episcopis; *c. 1. d. c. de eo. Majolan. de irregul. lib. 3. cap. 14. num. 9. & Ugolin. de offic. Episc. cap. 26. §. 25. num. 1. in fine. Homobon. de Bonis. de Exam. Eccles. part. 1. tract. 1. cap. 1. qu. 12. Est enim hæc prohibitio juris positivi, quo solus Pontifex. Vallens. d. loco num. 3. Zoef. in com. decret. ad h. tit. num. 13.*

Sic ex dispensatione Pontificia extra tempora à jure statuta ordines suscipere possunt, Fratres Minores, *Fr. Emanuel. d. tom. 3. qu. 23. art. 5. Homobon. de Bonis. d. tract. 2. cap. 1. qu. 13. Villalob. in sum. part. 1. tract. 11. difficult. 13. num. 6. Portell. in dub. Regul. verb. Ordines. d. cri. num. 4. Patres Societatis Jesu; ex indult. Gregorii XIII. sub dato Tusculi. 22. Septemb. 1582. Piasec. in praxi Episcop. part. 1. cap. 1. num. 88. Riccius in decis. Curie Archiepisc. Neapol. part. 4. decis. 51. num. 7. Patres Congregationis S. Johannis Evangelistæ ex indultu Clementis VIII. de mense Novembris. 1596. Portel. citato loco. Hieron. Roderic. in compend. quest. Regular. resolut. 106. num. 7.*

9 Extra statuta tempora, si ordinatio citra dispensationem Pontificis facta ordinatus quidem characterem & ordinem suscipit, quia tempus non est de Ordinis substantia; ut nec jejunium; *Vallens. d. loco num. 5. & tamen ex juris positivi dispositione in penam non servati temporis suspenditur ab Ordinis executione: ut statuit Pius II. sua constit. incipit: Pius Episcopus, sub dat. Romæ apud S. Petrum anno 1401. 15. Kalend. Decemb. Reg. Cancell. 25. donec*

faltum ministrandum, atque ad superiorem ascendendum; non autem ut ordinatus ad superiorem ascendat ordinem, antequam recipiat inferiorem omisium. *Marc. Alter. d. cap. 5. vers. probatur secundo Campan. in divers. jur. Canon. rubr. 10. cap. un. num. 6. Ricc. d. loc. decis. 150. num. 10. part. 4.*

Unde, si saltuim Ordinibus insignitus jam ministraverit, non dispensat Episcopus. *Sayr. de censur. lib. 4. cap. 14. num. 26. Marc. Alter. d. loco. Riccius d. decis. 150. num. 4. part. 4. Barbof. d. alleg. 47. num. 8. Campan. d. cap. un. num. 6.*

13 Porro secundum Ordines per interstitia temporum conferendos.

Nec enim duo aut plures Ordines sacri, aut sacer cum minoribus eidem, etiam regulari, *Concil. Trident. d. sess. 23. de reformat. cap. 13. uno die, aut duobus, continuato jejunio, conferri possunt. can. in singulis. dist. 77. can. in parochia. 17. qu. 1. can. quicumque. dist. 77. Barbof. d. alleg. 14. num. 10.*

14 Dixi, ordines sacri, aut sacer cum minoribus; quia licet olim in minoribus ordinibus suscipiendis prescripta fuerint certa temporis interstitia; *d. can. in singulis. cum seq.* tamen nunc primam tonsuram, & illos omnes eodem die licet suscipere & conferre, maxime ubi est consuetudo. *d. c. 2. de eo qui surti vè ordin. suscep. & ibi Gloss. & Dd. arg. c. litteras. & c. dilectus. eod. Mandos. super reg. Cancell. de male promotis qu. 1. num. 9.*

Dicta si non observata, & Ordinans Episcopus & ordinatus suspenduntur. *d. c. litteras. d. c. dilectus.*

15 Hodie verò Concilium Trident. d. sess. 23. de reform. cap. 11. 13.

14 statuit; ut etiam minores Ordines per temporum interstitia conferantur, nisi aliud Episcopo magis expedire videbitur, & in unoquoque manere iuxta prescriptum Episcopi se exercent priusquam ad altiore gradum ascendunt. Ad majores verò ascendendi non posse decrevit, nisi post annum a receptione minorum, & similiter ab uno ex sacris ad alium, non nisi post annum ascendendi, nisi ob Ecclesie utilitatem, aut necessitatem, aliud Episcopo videatur. *Vid. Portel. in dub. Regular. verb. Ordin. sacri. num. 3. Heron. Roder. d. resolut. 106. num. 20. cum seqq. Barbof. d. part. 2. alleg. 11. num. 14. cum seqq. & alleg. 18. per tot.*

Hinc *secund. d. Concil. Trident. d. sess. & cap. 13.* qui promotus ad Subdiaconatum, non potest ascendere ad altiore, nisi per annum in eo fuerit versatus, aut aliud videatur Episcopo. Similiter, *secund. idem Concil. d. cap. 14.* promotus ad Diaconatum vetatur ascendere ad sacerdotium, nisi per annum integrum in Diaconatu ministraverit; nisi Ecclesie utilitas aut necessitas aliud exigat:

Potest enim non tantum Episcopus, *Praefec. d. praxi Episc. part. 16. 1. cap. 1. num. 49. §. requiritur item. post Quarant. Vallens. d. loco. §. 5. num. 7.* sed & Sede Vacante, Capitulum, seu ejus Vicarius, super hujusmodi interstitiis dispensare, in casibus, in quibus illud licentiam ordinandi dare potest. *Praefec. d. loco.*

TITULUS XVI.

De qualitate Ordinandorum & Praeficiendorum.

SUMMARIA.

- 1. In Ordinandis & Praeficiendis desiderantur qualitates.
- 2. Quid hic Qualitas.
- 3. Ordinandus debet esse baptizatus.
- 4. Mas, non femina, & quare.
- 5. An hoc juris divini.
- 6. De Johanna Papissa.
- 7. Si fuisset, non fuisset verus Pontifex.
- 8. An circa feminam dispensare possit Pontifex.
- 9. An ordinari Hermaphroditus.
- 10. Ob quas causas quidam ordinari prohibentur.
- 11. Primobatatem, circa quam variatum.
- 12. Aqua

Bbb

3

12. Aqua

Orvinus
Personis
nell' Ecclesia

IV

32

12. *Aqua die computatur.* 18. *Quid hic dispositum
Concil. Tridentinum.*
13. *Quid si aetas non ser-
vata.* 19. *Illiteratum Ordinan-
tis quæ pena.*
14. *An in aetate Episcopus
potest dispensare.* 20. *Ob vitium animi
ordinari prohibentur
multi: & qui.*
15. *Ordinandus debet esse
litteratus.* 21. *An non penitentia ab-
quos reddat capaces &
quos.*
16. *Qui illiterati.*
17. *Quale circa eos Ordi-
nantis arbitrium.*

1 **S**ed non omnes personæ ad Sacros Ordines promoveri possunt, desiderantur qualitates multæ: pleraque dicitur ex causis ordinari prohibentur.

2 **E**st qualitas hic nihil aliud, quam accidens aliquod personam ordinari, vel ordinandi, afficiens, sive bene, ut *moribus probitas, prudentia, scientia, &c.* sive malè, ut *pravitas morum, illiteratura, excommunicatio, suspensio, infamia, &c.* ob quod ad Ordines quidam admittuntur, quidam repelluntur.

Tales enim, inquit Pontifex in can. 4. dist. 23. ad ministerium eligendi sunt Clerici, qui digne possint Dominica tractare Sacramenta. Melius enim est Domini Sacerdotium habere ministros paucos, qui Dei opus possint exercere dignè, quàm multos & inutiles, qui grave onus adducant Ordinatori.

Qualitates, quæ requiruntur in Ordinandis, & requiruntur in proficiendis.

Ex his quadam omnibus Ordinibus sunt communes, quadam singulis propria. De illis dispiciemus tantum hic; cum de his in singulis Ordinibus supra tractaverimus.

3 In primis requiritur, ut ordinandus sit *baptizatus*; neque enim aliàs imprimeretur character: *c. 3. de Presbytero non baptizato.* Cum bap-

baptismus reliquorum Sacramentorum sit janua. c. 2. de cognat. spirit. in 6. Nec non confirmatus. Nam cum hoc, Concilium Tridentinum sess. 23. de reformat. cap. 4. requirat in initiando prima tonsura, multo magis id videretur requirere in ordinando: non tamen necessario; cum commisso teneat ordinatio; Zaf. ad decret. in. de tempor. & qualit. ordin. num. 16. nec incurrat censuram aut mortale peccatum ordinatus. Novarr. in man. cap. 22. num. 9. Zypaus jur. nov. Pontif. lib. 1. tit. de ordinand.

Debet esse mas, non femina; cur, si de facto ordo conferatur 4
aliquis, characterem, sexu impediendo, non reciperet. §. 1. circa princ. can. 15. qu. 3. c. uxoratos. in fin. de convers. conjug. Gloss. fin. in can. Diaconissam. 27. qu. 1. S. Thom. in 4. dist. 25. qu. 2. art. 1. & 2. Campan. de revers. jur. Canon. rubr. II. cap. 2. Suarez. de censur. disp. 51. sect. 2. in princ. Roderic. à Cumba. in comment. ad can. Psalmista. num. 7. dist. 23. Marchin. de Sacrament. Ordin. tract. 1. part. 4. cap. 1. 1. Quia Ordinum susceptio conjungit Clericum Ecclesie, tanquam sponsum sponsae; can. seriatim. 14. ibi, ut fiat de carnali. dist. 32. c. 2. & fin. de penit. & remiss. Abb. in c. inter corporalia. 2. num. 31. de translat. Episc. & ibi Buryus. in 2. notab. col. 3. quod mysticum matrimonium non potest cadere in feminam; 2. Quia Clerici nemini debent subijci, can. 1. dist. 34. mulieres autem sint subditae viris, Genes. 3. D. Paulus 1. ad Timoth. 2. can. manifestum. II. cum seq. & ibi Archid. num. 3. cum aliis plurib. 33. qu. 5. ordinatio autem ad dominationem tendat. 3. Quia ordinationis finis est docere; quod mulieribus interdictum: can. mulier. 33. qu. fin. c. mulier. dist. 23.

Hinc feminas ipso jure divino incapaces esse eorum, quae sunt Ordinis, docent S. Thomas. in addit. ad 3. part. qu. 38. art. 1. Victor relect. 2. de potest. Eccles. qu. 2. num. 3. & alii relati per Henrique in sum. lib. 1. cap. 21. §. 2. lit. V. & lib. 6. cap. 2. §. 3. & lib. 10. cap. 16. §. 1. lit. A. Proinde Clavium potestatis minimè competit; c. nova. de penit. & remiss. ubi dicit Innocent. III. Licet Beatissima Virgo Maria dignior fuerit Apostolis universis, non tamen illi, sed istis, Dominus Claves Regni Caelorum commisit. Spectare autem ad claves ordinationem, nemo est qui ignorare debeat, cum ei potestas ligandi & solvendi sit conjuncta. Hosti-

Ordinatus
Personis
nec Ecclesiae

IV

32

Hosienf. ad d. rit. tempor. ordinat. Ec. num. 31. Zaf. tit. num. 18.

Quod in Canonibus, *can. pen. & ult. dist. 31. & alibi*, & apud antiquos, mentio habeatur Diaconillarum, Presbyterarum, & Sacrarum fæminarum, intelligi debet, ut supra titulo de Diaconiffis ostendimus.

6 Quod de Joanna, vulgò Papiſſa dicta, legitur & circumfertur, mera est fabula, hæreticorum impostura; quæ convincitur ex eo, quod super nomine, origine, tempore vitæ, studiorum, Sedis, & diversitas & repugnantia inter eos qui hanc rem tradunt. Imò quæ veteres, avorum testimonio, nugas has probare conantur, ut iam Marianus Scotus, Sigebertus Gemblacensis, ac Martinus Polonus, tale figmentum nusquam scripserunt, cum nè quidem somnarent; cæsi hostium fraude deprehendatur in historia eorum innotuit. *Leon. Allatii confut. Fabule, de Joan. Papiſſ.* Accedit quod Historici istius temporis, quo illam sedisse fingunt Sedis Romanæ inimici Græci, Latini amici nullam istius mulierculæ faciunt mentionem. Confutavere illud figmentum Catholici plurimi; ut Onuphrius Pavinus, *in vitis Pontificum Platinae.* Jodoc. Coccius, *in thesaur. Cathol. tom. 1. lib. 7. art. 16.* Genebrard. *in Chronol. An. 858.* Card. Barthelemy, *in annal. tom. 10. an. 853.* Card. Bellarm. *controv. tom. 1. contror. 3. lib. 9. cap. 24.* Serarius *in Moguntiacis.* Flor. Ramund. *in spec. trait. Papiſſ. Massonius de vitis Episcoporum Urbis.* licet Dignitati Pontificiæ parum æquus; & ex A catholicis nupere Blondellus; Professor Amstelodamensis.

7 Detur tamen (quod nunquam fuit) in Pontificia Sede sedisse feminam, nunquid illa dicenda Pontifex? Nemo tam impudens erit & vecors, qui omnibus legibus resistens, adfirmet, quorumvis infirmis accedentibus, potuisse feminam reverà esse Pontificem Romanum, imò minoris Ordinis Clericatu initiari. *Zaf. d. loc. num. 20 in fin.*

8 Quarunt non nulli, utrum Pontificia dispensatione fæmina habilis fieri possit ad Ordines. Affirmant aliqui, frivolo nixi argumento. Dicunt, Nullus reperitur textus aperte declarans, fæminas Ordinari

esse incapaces; Ergò Pontifici permissum ad eos admittere eas; idque ex generali solvendi ligandique potestate. Quasi verò ad eò quid fieri possit, quia contrarium non sit expressum in Canonibus. An non multa per traditiones transmissa, quibus plurimum nititur Ecclesia? Et quam sit indecens ordinari foeminas, supernis ex dictis Apostoli ostendimus. Quò facit quod Papa Leo X. inter alios Lutheri articulos damnaverit & istum, qui foeminis absolvendi potestatem adstruebat: & quod D. Augustinus tract. de heresib. cap. 27. & D. Epiphanius heres. 24. foeminarum ordinationes adscribant heresi. Ut rectè D. Thomas in 4. sent. dist. 25. art. 1. ubi Richard. de Media Villa art. 4. qu. 1. & communiter Doctores Theologi & Canonistæ tradunt, mulieres characteris esse incapaces; ut super ea re Pontificia dispensatio valeat nihil: quæ Sacramentorum non mutat naturam, nec inducit quòd est inconveniens. *Zaf. d. loc. num. 21.*

Hermaphroditus, id est, qui habet sexum utrumque, ordinari nequaquam potest, nisi in eo prævaleat sexus virilis, non si sit paritas. *Gloss. verb. testimonium. in can. testes. §. hermaphroditus. ubi Card. Praepos. & Turrecrem. 4. q. 3. Sylvest. verb. Hermaphroditus. Bellet. disquis. Clerical. part. 1. tit. de discipl. Cleric. §. 8. à princ. Ugolin. de irregul. cap. 48. §. 1. num. 3. Campan. in divers. Jur. Canon. rubr. II. num. 3.*

Non tamen omnes masculini sexus indifferenter ad Ordines promoveri possunt; sed tantum illi qui non sunt irregulares, id est, promovendi non prohibentur. *Specul. in tit. de irregul.*

Prohibentur quidam ob *atatem, litterarum ignorantiam, vitium 10 animi, corporis, originis; vinculum reale, personale, Civile; carentiam virili.*

Ob *atatem*; Quia (ut supra, sigillatim de unoquoque Ordine tractantes, diximus) certa in ordinandis personis requiritur *atatem*. Quæ est, in prima consuetudine accipienda, septennium, *can. de his. junctis. Gloss. verb. infantia. dist. 27. c. fin. de tempor. ordinand. in 6. ut & in tribus minoribus Ordinibus; can. in singulis. dist. 77.* Licet *can. nemo. dist. 78.* in lectore requirat annos octodecim: Est enim accipiendas, non de Ordine, sed legendi officio. Acolytatus tamen annum requirit duodecimum completum. *d. can. in singulis.* Et sic eadem septennis Ccc
atas

Ordinatus
Personis
nec, Ecclesiam

IV

32

etas in omnibus minoribus ordinibus præter Acolytatum sufficit; per Ugin. de irregular. cap. 45. num. 2. Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 22. Gutier. canon. lib. 1. cap. 8. & 9. Narbona in tract. de atate ad omnia human. actus requis. an. 7. qu. 9. num. 3. Nec hic quid mutavit Concilium Tridentinum; proinde huiusmodi tempora & attenduntur hodie Sacra Congr. Cardin. apud Piassec. in Praxi Episc. cap. 1. num. 22.

Quoad autem ordines sacros alia definita ætas in singulis ante Concilium Tridentinum, alia per illud.

Antè; ad Subdiaconatum præcis temporibus annorum viginti. can. Subdiaconus. dist. 77. postea octodecim; ad Diaconatum olim viginti quinque; can. placuit. cum seqq. d. dist. postea viginti, Clem. Generale. de atate. & qualitat. ordinand. ad Sacerdotium olim triginta, can. & per tot. dist. 78. can. in veteri. in fin. can. Episcopus. dist. 77. postea, ea necessitate, viginti quinque: can. fin. dist. 78. d. Clem. generale. ut. ad Episcopatum, triginta. cap. cum in cunctis. 7. in princ. elect. c. cum nobis. 19. vers. de legitima. de elect. Gloss. in d. Clem. generale.

Concilium Tridentinum sess. 23. de reformat. cap. 12. assignat Subdiaconatui viginti duos, Diaconatui viginti tres, Presbyteratui viginti quinque, annos, inceptos, Gloss. ad d. Clem. fin. ut & D. Henricus in sum. lib. 10. cap. 10. §. 2. & lib. 13. cap. 38. §. 2. non, ut olim, can. dist. 78. d. c. cum in cunctis. d. can. in singulis. completos. Hieron. Roderic. in compend. quest. regular. resolut. 106. num. 9.

12 Quæ ætas non computatur à die conceptionis, aut baptismi, sed nativitatis. Zypæus d. loc. vers. ætas autem.

13 Ordinatus ante legitimam ætatem, suscipit quidem ordinis characterem; (Nec enim certa ætas est de necessitate Sacramenti, sed de necessitate præcepti: Barbof. Jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 33. num. 94. Piassec. d. prax. Episc. part. 1. cap. 1. num. 22. Vallens. in par. ad decret. lib. 1. tit. 14. §. 4. num. 3.) sed ab ipsius executione, usque ad ætatem legitimam suspenditur, c. vel non est compos. 14. junct. c. dilectus de tempor. ordinand. per sententiam secundum jus commune: Coriarruo. in Clement. si furiosus de homicidio. part. 1. §. 1. num. 4. ipso jure hodie per Extrav. Tit. II. incipit. Cum ex sacrorum. Quæ tamen tantum loquitur de ordinibus

bus sacris. *Sayr. de censur. lib. 6. cap. 12. num. 9. Beller. disquis. Cleric. parte 1. tit. de discipl. Cleric. §. 5. num. 61.*

Unde ordinatio ante aetatem legitimam, cum remaneat ipso jure suspensus, necessarium est, ut priusquam Ordinem exerceat, aut alium suscipiat, à suspensione absolvatur, & quidem non per Episcopum, nec enim potest, sed per Papam; *Rebuff. in praxi benefic. tit. de Cleric. male prom. Gloss. 4. num. 3. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 46. num. 4. Barbos. d. lib. & cap. num. 92.* etiamsi attigerit aetatem, per Sacros Canones & Concil. Trident. requisitam, *Miranda in man. Pralat. tom. I. qu. 39. art. 10. Hieron. Roderic. d. resolut. 106. num. 14.*

Potest tamen Episcopus, ut quis dignitatem vel personatum, sine cura animarum habeat, circa aetatem dispensare. *c. un. de at. & qualit. ordin. in 6. c. cum nobis. 19. §. fin. c. innovat. 24. de electione.*

Episcopus autem scienter aliquem ante aetatem ordinans, praesertim si puero primam tonsuram conferat ante septennium, ipso jure à collatione ordinis, quem dedit illegitimè, suspenditur, ut puniatur in eo in quo peccaverit. *c. fin. cum Gloss. de temporib. ordin. in 6.* Est enim indecorum, & in Ordinis Clericalis cedit ludibrium, ut pueri vel infantes ordinentur Clerici. *c. indecorum. de at. & qualit. ord. d. c. vel non est compos. de tempor. ordin.* Quare B. Gregorius Papa *can. 120. pueri. l. qu. 1. inquit; Pueri ad sacros ordines nullatenus admittantur, ne tantò periculo suscadant, quantò citius ascendere ad altiora festinant.*

Porro praeter aetatem in ordinandis, etiam alia requiruntur qualitates; *can. quicumq. dist. 77. Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 12.* quarum precipua est *Litterarum scientia.* Illiterati enim quamdiu tales, pro irregularibus habentur; quia officiis sacris non possunt esse apti. *can. illiteratos. & per tot. dist. 36. & per tot. dist. 58. c. cum ex juncto. vers. licet autem. de haeret. d. c. fin. de tempor. ord. in 6.*

Sunt autem illiterati, qui scribere Latine & legere nesciunt; & sic i6 consuetudinem interpretari ait Navarrus, *in man. d. cap. 22.* sed Malderus *de justit. & vel. tract. 9. cap. 2. dist. 15.* Illiteratum esse tradit in materia beneficii eum, qui apud Latinos Latine, & apud Gracos Graecè (vel etiam apud Illyricos Illyricè, utpote qui non celebrant vel officium, dicunt Latine. *Congreg. Concil. 20. Septemb. Anno 1591.*) quo sci-

ordinus
Personis
nisi Ecclesiasticis

IV
32

licet idiomate dicitur officium, nesciat; respectu verò ad ordines, requiritur, ut sciat quisque implere officium & functionem ordinis, ad quem aspirat. Concil. Trident. *d. sess. 23. de reformat. cap. 4.* vult Tutorandum fidei rudimenta noscere legere & scribere posse: minoribus insigniendum Latinè, apud Græcos & Illyricos, & nunc apud Chineses, teste Zypæo *d. loco vers. etiam ad num. 10.* eorum idiomate instructos esse, *Sacra Congreg. declar. ad d. sess. cap. 11.* Magistri Scholæ & Parochi bonum habere testimonium: *de sess. cap. 5.* maioribus initiandos, in minoribus, & de iis, quæ singulis, quos suscipiunt, conveniunt, instruetos esse: *d. sess. cap. 13.* Presbyterum eam habere eruditionem, ut populum necessaria ad salutem docere possit. *d. sess. cap. 11.*

17 In quibus omnibus Ordinantis valet arbitrium, qui eos solum indicabit idoneos, qui servire poterunt in Ecclesia. *c. super ordinata. de prabend.*

Unde Menochius *lib. 2. de arbit. jud. cap. 42 §. num. 58.* dicit, arbitrari Episcopum posse magis expedire Ecclesiæ, si ordines conferat adhuc, linguam Latinam non intelligenti, bonæ tamen indolis & pro ætate docili: Nam illiteratus puer dici non debet, qui pro ætate didicit, quique ostendit proficere se posse.

18 Concilium Tridentinum *d. sess. & cap. 4.* non permittit ad primam tonsuram promoveri, nisi eos de quibus probabilis est conjectura, non secularis iudicii subterfugendi gratiâ, sed ut Deo cultum præstent fidelem, hoc vitæ genus, eligere.

19 Qui Illiteratum ordinat, per annum à collatione ejus ordinis, quem tali contulit, ipso jure suspenditur; *d. c. fin. cum Gloss. de tempor. ordin. in 6. Henric. in sum. lib. 13. cap. 38. §. 3. lit. G. Barbosa. de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 111. num. 9.* Ordinatus Superioris arbitrio, suspenditur. *Barbosa d. loco.*

20 Ob vitium animi ordinari prohibentur; qui fuerunt furiosi, *can. maritum. dist. 33.* puta ex propria organorum læsione, non ex febre vehementi, *Suar. tom. 5. de censur. disp. 51. sect. 1. num. 4. Virvald. in can. aureo. tit. de irregular. num. 181. cum seq.* qui in scena luserunt; *Lancellet. in Inst. Jur. Canon. lib. 1. tit. 25. in fin.* arreptiti sive à Dæmone oblectati, & Energumeni, qui ex Dæmonis agitatione alliduntur ad terram,

aut à Dæmone corporaliter vexantur; *d. can. maritum. cum seqq.* vel
vexati fuere, licet fœmel tantum; *Vivald. d. tit. de irregul. num. 181. Suar.*
de censur. disp. 51. sect. 1. num. 7. Sayr. in clavi regio. lib. 6. cap. 9. num. 14.
Valenzuel. consil. 25. num. 2. cum seqq. qui graviore aliquo crimine irre-
renti, ut apostatæ, hæretici, schismatici, Simoniaci, Idololatra, adulteri,
incestuosi, fornicarii, raptores virginum, Sodomitæ, perjuri, homici-
dæ, *con. Arrianos. 1. qu. 1. c. statutum. 2. de heret. in 6. c. 1. de homicid. c.*
fin. de tempor. ordin. can. sancitum. 7. qu. 1. can. si quis de Laicis. dist. 34.
sed voluptarii & culpabiles; Clem. un. eod. Concil. Trident. sess. 14. de re-
form. cap. 7. (Sub homicidio autem hic continetur, non solum homi-
cidium ex quo sequitur mors, sed & membrorum principalium muti-
lacio, aut debilitatio notabilis, *Gloss. in d. Clem. un. verb. inatiles. & ibi*
Covarruv. part. 3. in initio. num. 8. Henric. in sum. lib. 14. cap. 12. §. 1.
lit. B. & cap. 14. §. 1. lit. G. Sanch. in precept. Decalogi. tom. 1. lib. 1.
*cap. 10. num. 49.) Item falsarii, usurarii, *d. can. maritum. dist. 33. scur-*
ra, iudrici, seditiosi, injuriarum tenaces, ultiores, adulatores, alceæ at-
que ebrietati dediti, can. 3. cum seq. dist. 49. c. inter dilectos. de excessib.
*Prelat. aliique similes; de quibus vide *can. infames. 6. qu. 7. & 1. qu. 7.**
per tot. qui excommunicati, suspensi, aut interdicti, dist. 81. per tot. Pe-
trus de Bello in Oeconomia Canonica class. 1. 1. cap. 2. §. 6. pag. 48. Na-
varrus d. man. cap. 27. num. 12. & 24. & 244. infames infamia juris,
quorum scilicet status vita & moribus est reprobatus, aut qui de crimi-
ne fuerunt accusati, *cap. laici. dist. 33. can. qui in aliquo. dist. 51. can. tan-*
tu. can. Daniel. dist. 81. cap. fin. de testib. c. omnipotens Deus. 4. de accusat.
fac. c. infamibus. de reg. jur. in 6. pendente accusatione seu denuntiatio-
ne; d. c. omnipotens. 4. Roman. singul. 438. Sylvest. de beneficiis. part. 3.
qu. 5. num. 31. Covar. lib. 1. var. cap. 16. num. 11. vers. quarto. Zerola in
praxi Episc. part. 2. verb. Ordo. §. 1. Garc. de benef. part. 7. cap. 8. num. 6.
Item poenitentes, sed solemniter, id est, qui publicam poenitentiam pro
gravi & publico delicto egerunt; *d. can. maritum. can. ex poenitentibus.*
50. can. illud. 66. caus. 50. qu. 1. cum propter Ordinis dignitatem; tum
quia tales reputantur ad crimina perpetranda faciles, nec tali infervire
ministerio, neque redarguere posse alios, sine offensione populi. *can.*
de his verb. dist. 50. can. fin. dist. 25. Campan. d. rubr. 11. cap. 21. Suar.
*dist. 3**

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiarum
IV
32

disp. 24. sect. 2. num. 5. Majol. de irregul. lib. 3. cap. 2. num. 4. Marc. Alter. de censur. tom. 2. disp. 16. de suspens. cap. 1. vers. quartus casus. Barbosa. lib. 6. cap. num. 116. & d. alleg. 43. num. 8.

21 Peractâ poenitentia, sed non solemnî, potest quis ordinari, & potest Episcopus propter necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ, cum solemniter poenitentibus ad suscipiendos ordines, sed minores, dispensare. Bern. Diaz. in pract. cap. 23. num. 3. Majol. d. lib. 3. cap. 3. num. 6. ex hoc quæ. Campan. d. loco. num. 7. Marc. Alter. d. loco. Barbosa. d. loco.

Criminibus omnibus, exceptis homicidii, c. fin. de tempor. ordina. quasi manifesta, degradationis poenam inferre possunt, obnoxii, aut poenitentia parte ordinibus acceptis uti possunt, arceri non possunt sublimioribus. c. ex tenore. 4. & c. fin. ibiq. & l'off. & Butr. de temp. ordina.

TITULUS XVII.

De Corpore Vitiatis non Ordinandis.

SUMMARI A.

- | | |
|--|--|
| 1. Corpore vitiati non ordinandi. | ejus cooperatione. |
| 2. Observatum hoc ab Ethnicis; & jussum in Veteri Testamento. | 6. Quid si vitium sit occultum, nec |
| 3. Non idem corporis vitium hodie ordinum reddit incapacem: Quale. | 7. Accesserit directe cooperatio vitiati. |
| 4. Quid si causatum per culpam ordinandi; & cooperantis. | 8. Si vitiatio causata sit culpa vitiati, considerandum, an impediat ordinis usum, an non. |
| 5. Quid si non accedente | 9. Posteriori casu irregularitas non inducitur. |
| | 10. Inducitur Priori. |

- 11. Circa oculorum vitia temperamentum.
- 12. Quid dicendum de eo, qui sine scandalo non potest ministrare.
- 13. Qualis ille.
- 14. Quid si vitiatus de facto fuerit ordinatus.
- 15. Cui hic competit Dispensatio.

Diximus de impedimento Ordinis proveniente ex vitio animi, dicendum nunc de eo, quod provenit ex corporis vitio. de qua tota dist. 49. & 50.

Ut enim apud Ethnicos olim Sacerdotes integri corporis esse debebant; Dionys. Halicarnass. lib. 2. Biblioth. cap. 3. & à ministerio Dei arcebaturn habens maculam in Lege veteri; Præcipit enim Deus, *Levit. 21. vers. 17. cum seqq.* Ne hanc qui haberet maculam, offerret Deo, aut accederet ad ministerium Ejus, si cæcus fuisset, si claudus, si vel parvo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impugnam in corpore (id est, morbum squamosum corpus dehonestantem, ut scabies) si sit herniosus. (Quorum defectus mysticè de vitio animi intelligi explicat B. Gregorius in Pastoralibus & habetur in canonicis in dist. 49.) ita & merito Sacri Canones corpore vitiatos ab Ordine repellunt; Imò promoti aliquando deiciuntur. c. *expositio* h. tit. sicut & à beneficio jam adepti, tit. *de Clerico ægrot. vel debilit.* eo quod corporis incompositio, mentis indicet inæqualitatem; can. *dist. 41. ex D. August. epist. 109. ad Monachos.* & natura componat membra, prout convenit moribus animæ; ita ut, cujus facies est deformis, bonis moribus vix queat esse præditus, & juxta Rhasin Medicum, malos mores significet facies foeda. *Valens. in par. ad h. tit. num. 1.*

Non tamen quilibet corporis defectus, qui in antiqua Lege à Dei repellebat ministerio, hodie, secundum Canones, Ordinis impedit susceptionem; sed ille in primis, qui ordinis impedit executionem, aut deformitatem inducit insignem, & consequenter indecentiam, qua vergete possit in scandalum publicum. c. 2. per tot. hoc tit.

Defe.

Orvinius
Personis
nes, Ecclesiam
IV
32

Defectus iste causatur vel culpa ejus cui accedit, vel sine ejus culpa, uti à natiuitate, morbo, injuria alterius, casu.

4 *Priori modo, si abscissio sit membri principalis, quale est, quod habet distinctum ab aliis partibus officium; uti est, oculus, manus, auris, pes, digitus, virilia, can. penitentes. 3. can. si quis abscidit. 4. can. qui partem. 6. can. lator. 11. can. si Evangelia. 13. dist. 55. c. ex. maritum. dist. 55. c. si quis pro ageritudine. dist. 55. (Licet hoc fecerit aut fieri passus fuerit, ut castè viveret. d. can. si quis pro ageritudine. c. significasti. de corpore vitiat. Garc. de benefic. part. 7. cap. 12. à num. 7. Beller. disquisit. Cleric. cal. part. 1. tit. de discipl. Cleric. §. 7. num. 12. (Carni enim repugnans nescit, qui non ad jejunia, flagellationes, humi cubationes, confessionis & Eucharistica frequentiam confugit; Cum certum sit Eunuchus magis libidine incendi, & ad concubitum ferri impatientissimè. Per Gregor. Syntagm. Jur. univ. part. 2. lib. 7. cap. 2. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 7. num. 12.) sive, partis ejus, inducitur irregularitas; sive notabiliter impediatur Ordinis usum, aut deformitatem inducat, sive non: dummodo sit tanta, ut per se, & omni inadvertentiâ seclusâ, fieri non poterit sine mortali peccato. d. can. si quis absciderit. & can. qui partem. dist. 55. d. can. maritum. Zaf. in com. decret. ad h. tit. num. 1. Quomodo partes digiti, etiam ad usum Ordinis non necessarii, sibi abscindens per indignationem, remouetur. d. can. qui partem. Neque enim in eo tantum consideratur defectus, quam voluntas ferrum sibi injicere ausa; ut licet sit abscissio occulta, veluti digiti pedis, nihilo magis excuset. Zaf. ibi. num. 2. fac. d. can. si quis. can. qui partem.*

5 *Quod si per alium contingat abscindi partem non principalem, non quidem sine culpa passi, sed qui directè non fuerit cooperatus ad sui mutilationem, si possit celebrare sine scandalo, permittendum est, veluti si cui in duello pars digiti sit abscissa. c. 1. hoc tit. Longè enim grauius est in se ferrum stringere, quam ab alio pati. Nec facit, quod d. c. 1. loqui videatur dispensatiuè: Nam hoc tantum respicit indignitatem facti, cui se immiscendo digiti amisit partem, quo, per penitentiam purgato, dicitur permittendus ab Episcopo celebrare. Zaf. ibi. num. 2.*

Qui directo quidem non concurrat, culpa tamen sua per alium 6
membra principalis patitur mutilationem, licet occultam, neque usum
Ordinis impediens, nec deformitatem adferentem, nihilominus est
irregularis; veluti si iusserit aut rogaverit c. 8. h. t. Vallens. hoc tit. num. 5. si
ob crimen à iudice mutilatus, vel ab alio, quem injustè fuerat aggressus.
Zaf. d. loco num. 2. in fin. si carnaliter cognovit mulierem morbo labo-
rantem Gallico, & ex contagione membrum amisit genitale: Frat.
Eman. in sum. tom. 1. cap. 18. num. 7. si fuerint abscissa virilia ipsi, mari-
to ulciscente injuriam, & adulterium cum uxore commissum punien-
te: Hostiens. in sum. hic. num. 6. Navarra. in man. cap. 27. num. 198. Vil-
ladeg. de irregular. tit. de corpore vitiat. col. 2. Ugolin. eod. tract. cap. 51.
num. 3. Covarr. in Clem. si furiosus. part. 1. in initio. num. 6. de homicid.
num. 6. Suar. de censur. tom. 5. disp. 51. sect. 2. num. 8. Sayr. eod. tract. lib. 7.
cap. 7. num. 12. & 13. Molin. de Just. & jur. tract. 3. Campan. in divers.
jur. Canon. rubr. 11. cap. 17. num. 11. & Doctores communiter.

Quorum sententia fundari potest in ratione hac, quod indirecta 7
voluntas voluntariè se exponentis tali periculo æquiparetur affectui di-
recto; per text. in c. 3. hoc tit. in verbis qui se ipsos absciderint, vel adse-
caverint, ut ab aliis abscinderentur. De rigore tamen dubitari posset
deca, cum d. c. 3. loquatur de eo, qui se abscidit, vel adfectavit, ut ab-
scinderetur, uti & can. si quis. 7. dist. 77. Ut videatur requiri propria vo-
luntas vel adfectus. Nemo autem dixerit, eum, qui invenitur cum
adultera, adfectare, ut à marito abscindatur. Zaf. d. loco num. 3.

Posteriori casu, quando scilicet non subest culpa vitiati, in defectus
qualitate est distinguendum.
Aut enim defectus est talis, ut ordinis impediatur usum; vel omni- 8
nò, vel saltè, ut non securè, aut sine periculo scandalove, fiat, propter
deformitatem, vel non impedit, nec scandalum aliquod ponit. Zaf. d.
loco num. 4.

Posteriori hoc casu nulla ponitur irregularitas; Navarra. d. loco num. 9
199. c. fin. hoc tit. d. c. qui partem. Ratio est, quod non imponatur ni-
sì ex culpa, vel causa. Culpa autem hic non est, ut præsupponitur:
nec etiã causa, cum non sit impedimentum usus Ordinis, nec inde-
centia ulla subsit.

Ddd Hinc

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiarum
IV
32

Hinc quibus exsecta sunt genitalia, casu; aut postulante vi morbi propter infirmitatem, aut languorem, aut per injuriam, in incunabulis, seu à Barbaris, seu per insidias hominum, sive dominorum, sive parentum, sperantium eos, Ecclesia profuturos plurimum; vide *Ghili in sum. verb. Castratio. Marcel. Megala in prompt. tom. 2. verb. Eunuchus. num. 2.* non rejiciuntur ab Ordinibus; cum cessat culpa & causa; can. *si quis à Medicis. d. dist. 77. can. si quis pro aegritudine. can. lator. can. pro terea. dist. 55. Garc. d. part. 7. cap. 12. num. 7. Bellet. d. §. 7. num. 16. Campan. d. rubr. 11. cap. 17. sub num. 124.*

Nec est in hoc casu abscissorum virilium citra abscissi culpam necesse, ea in pulverem redacta aut siccata portare secum, ut putatur vulgo, sed satis ridiculè. *Gloss. in 1. can. Eunuchus. 8. dist. 55. Abb. in ead. parte. num. 6. hoc tit. Vivald. in candel. aureo. tit. de irregular. num. 17. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 63. num. 4. Ugolin. de irregular. cap. 49. num. 6. Navarr. d. cap. 27. num. 200.*

10 Priori casu, quando scilicet impeditur usus Ordinis, omnimodò ducitur irregularitas; sive hoc fiat ex carentia membri alicujus, sive ex debilitate, aut infirmitate alicujus partis. *d. can. maritum. dist. 33. dist. 55. per tot. velut si quis careat digito ad consecrationem pernicellario; ut pollice aut indice; c. fin. hoc tit. Boygas. de irregular. tit. de copulatio. num. 4. Bellet. d. §. 7. num. 18. Barbosa. de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 42. à num. 18. vel habeat manum mutilatam, c. exposuisti. 6. hoc tit. Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 5. qu. 6. num. 28. Campan. d. cap. 17. num. 104. articulata, & arida ad ministerium executionis Ordinis inefficacem; Henric. in sum. lib. 14. cap. 8. §. 4. in fin. Flamin. d. lib. 4. qu. 6. num. 49. Campan. d. cap. 17. num. 107. aut perpetuò tremulata, ita ut subversiones sanguinis immincat periculum; *Barbosa d. tract. de leg. 42. num. 17. si sit claudus, sed taliter ut cum baculo cogatur accedere ad altare; can. nullus Episcopus. ubi Gloss. verb. cum baculo. de consecrat. dist. 1. can. si quis infirmitate. dist. 55. Majol. d. tract. lib. 1. cap. 18. num. 2. Avila de censur. part. 7. disp. 3. dub. 1. vers. sed circa. vel si pede succedat ligneo; Majol. d. cap. num. 3. Flamin. d. lib. & qu. num. 46. Sarr. de censur. lib. 6. cap. 2. num. 22. Bellet. d. §. 7. num. 23. Barbosa. d. alleg. 42. num. 34. si os ita habeat deforme, & imperfectum, corrosum scilicet ac**

contortum, ut feditatem generet ac horrorem; *Campan. d. cap. 17. num. 86. Barb. d. alleg. num. 34.* si nasum detineat, pressum, grandem, tortum, ita ut illius parvitas, magnitudo, vel tortuositas, deformitatem pareat, *Levit. 21. vers. 18. Silvest. de benef. part. 3. qu. 5. vers. item ille in princ. post num. 44.* si careat unico oculo, *can. fin. dist. 55.* quia principali caret membro; *Novarr. in manual. cap. 27. num. 199. Campan. d. cap. 17. num. 70. Barb. d. alleg. num. 29.* si sit oculus dexter, si sit sinister, *Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. num. 11.* multo magis si careat utroque; *S. Thomas 3. p. qu. 82. art. 10. ad 3. Sot. in 4. dist. 13. qu. 1. art. 10. ad 3. Majol. d. lib. 1. cap. 20. num. 1. & 2. Sayr. d. libro 6. cap. 8. num. 5. Avila d. part. 7. disp. 3. dub. 3. vers. ex hac conclusione. nec interest careat sinistro oculo, an virtute visiva in eo; etiam sano & integro. Suar. d. sect. 3. num. 15.*

Verum si ita accuratè cernat oculo dextro, ut Missalis adoptatio-
ne Canonem sine indecentia & deformitate legere possit, non impedi-
tur ordinari. *Navar. in man. cap. 27. num. 199. vers. quartò dico. Majol. d. lib. 1. cap. 20. num. 4. vers. illa quoq. Vivald. d. tract. & tit. num. 142. Henrig. d. cap. 8. §. 2. Avila & Sayr. ad locis.*

Cetera oculorum vitia, maculae, albugines, & quae hujus sunt generis, si faciant deformitatem & generent horrorem, pariunt irregu-
laritatem *secund. dist. Doctor.* Si non, ut aliquando in Strabonibus, & salientes siye emissivos oculos habentibus; erit Episcopi judicium. *Sayr. d. cap. 8. num. 11. & 12. Avila d. disp. 3. part. 7. dub. 1.*

Surdaster siye difficulter audiens, non videtur esse irregularis, *Covarruv. in d. Clem. furiosus. part. 3. in princ. num. 8. Navar. conf. 6. & 7. num. 3. de corpore vitiat. Vivald. d. tract. & tit. num. 156. Regin. d. prac. fori penitent. lib. 30. num. 50. Bonacina de censur. disp. 7. qu. 2. pun- ctio 2. num. 7.* Videtur esse surdus; cum ministrum respondentem au-
dire nequeat; sed hac de re nulla est juris dispositio. *vide Navar. d. conf. 6. Gloss. in can. hoc quoq. de consecrat. dist. 1. Zaf. d. loco. num. 9. in fin.*

Modicus defectus aut modica, & occulta deformitas non impe-
dit Ordinum susceptionem; veluti macula in oculo, visu non privans,
nec notabilem inducens deformitatem; *c. 2. hoc tit. vel carentia unguis
in pollice; item claudicatio ejus, cui Scipio in altari non necessarius,*

Orvinus
Personis
nes, Ecclesiam

IV

32

can. si quis junct. Gloss. dist. 55. & lippitudo talis, ex qua notabilis notatur deformitas. Pialec. prax. Episc. part. 1. cap. 1. num. 34.

Quis autem defectus, aut quæ deformitas sit notabilis, determinabit Episcopus, quandoquidem nulla in hoc terra constitui possunt gula. Vallens. d. loc. num. 6. Innoc. in c. 1. hoc tit. per c. 2. eod. & can. canoniter. dist. 38. Zues. eod. num. fin.

12 Ordinari etiam non potest, qui ad eum debilis, aut deformis, ut vel non, vel non nisi cum scandalo aut horrore ob turpitudinem vel deformitatem, ministrare possit.

13 Talis est, laborans continua & incurabili chiragra vel podagra. Ugolin. d. tract. cap. 51. §. 1. num. 1. Majol. cap. 21. num. 1. Campan. cap. 17. num. 135. & 137. scabies nimia; Henric. in sum. lib. 4. cap. 5. §. 8. vers. & scabies. Campan. d. c. num. 163. paralyti vel apoplexia, Henric. dd. locis. vers. eadem ratio. Campan. d. cap. num. 164. cum seq. Majol. d. tract. lib. 2. cap. 24. num. 1. morbo comitiali, seu caduco, Majol. lib. 2. cap. 16. num. 4. Franc. Leo in Thes. Fori Eccles. part. 2. cap. 8. num. 32. Bartholom. de Vecchis in praxi servanda in admitt. ad relig. statum Novit. disp. 9. dub. 21. num. 4. in princ. Rota decis. 235. num. 2. par. 1. lepra, c. 3. hoc tit. c. de Rectoribus. c. tua. de Clerico agrot. Henric. d. lib. 4. cap. 8. §. 8. in princ. Campan. d. cap. 17. à num. 160. morbo Hispanico Laurent. de Peirinis. de Pralato. qu. 2. cap. 4. num. 7.

14 Quod si corpore vitiatum, qui de jure ordinari non potest, ordinetur de facto, ex communi Theologorum & Canonistarum sententia, verè recipiet Ordinis characterem, itè non ejus executionem. Vallens. d. loco num. 7.

15 Dispensare in hac irregularitate potest solus Pontifex Pialec. d. loco num. 60. ubi alios citat. Nec obstat c. significavit. hoc tit. quia intelligi potest de dispensatione Episcopi, auctoritate Apostolica ipsi delegata, præstita, ut docet Covarruv. d. Clem. furiosus. & lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 8. & lib. 2. cap. 1. num. 11. Ad minores tamen ordines & simplex beneficium dispensare posse Episcopum tradit Pialec. d. n. loco

TITULUS XIII.

De vitio originis laborantibus non ordinandis.

SUMMARIA.

- 1. Illegitimi honorum incapaces apud Ethnicos & Christianos.
- 2. Quare.
- 3. Quare non potius tales procreanti imposta pena.
- 4. Dispensationi Pontificis circa istos hic locus.
- 5. Quousq; ea simpliciter facta se extendat.
- 6. An hic dispense Episcopus.
- 7. Quid si irregularis talis susceperit ordines.
- 8. An potest Pontifex dispensare, ut irregularis in Ecclesia, cui illius præst pater, ordinetur.
- 9. Ut ei succedat in beneficium. Et quare non.
- 10. Quid hic in ascendente.
- 11. Dispensatio precedere debet actum.
- 12. Quid si illegitimo ordines collati.
- 13. Quid dicendum de hereticorum filiis.
- 14. Quid de Conversis.
- 15. Quid de eorum liberis.

Propter vitium originis, sive natalium, quidam ordinari prohibentur. Quemadmodum enim apud Ethnicos sancitum & observatum fuit, ut illegitimè nati, quantumlibet sine culpa contraxissent labem hanc, honoribus & dignitatibus non gauderent; ut tradit Tyraqu. de Nobilit. cap. 15. ita jure optimo & potiori fuit à Sacris canonibus constitutum, ut arceantur ab Ordinibus,

Ddd 3

Orvinius
Personis
nes, Ecclesiis

IV

32

bus, in primis *Presbyterorum filii, aliiq; illegitimi*, ex quocunque loco extra matrimonium, procreati: *c. 2. c. ad hęc. 12. de filiis Presbyterorum. c. inter dilectos. 11. de excessib. Prælat. sac. cap. infamibus. 87. de re. jur. in 6. can. Presbyterum. cum seq. seq. dist. 56. c. cum in cunctis, de elec. c. venerabilem. qui filii sint legit. Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 1.*

2 Arcentur autem hi omnes ab ordinibus & beneficiis Ecclesiasticis, tribus potissimum de causis, *Primum*; Ob *Excellentiam sacrosancti Ordinis*, quæ non exposcit solum meritum personæ, sed etiam originis honestatem, nec infamibus aut turpibus committi debet: *de elec. inter dilectos. Secundò*; In *paterni criminis detestationem*; quod plurimèque jus etiam detestatur in filiis: *c. urgentis. 10. de heretic. Tertio*; Ob *timorem paternæ incontinentiæ*, cujus præsumuntur futuri imitatores: *can. si gens Anglorum. dist. 56.*

3 Propterea non rectè objici potest, debuissè potius procreantibus poni hanc irregularitatem, in quo sit culpa; nam non agitur de peccati culpa, sed de indecentia, & præcavenda in futurum simili turpitudine.

Illa non timetur si monasticæ vel regulari disciplinæ se subijciant *Presbyterorum filii aliiq;*, proptereaque ordinari possunt; *c. 1. de filiis Presbyterorum. ordin. can. nisi dist. 56. Gloss. in c. fin. cod. Novel. 5. in præf. secundo tamen Prælaturas, citra Pontificis dispensationem, aditu; de elec. 1. & fin. cum Gloss.*

Sed Sixtus V. *constit. sua*, noluit admitti ad religionem ex incestu aut sacrilego coitu natos; nisi ad locum converforum. Ratio est in majori istius copulæ turpitudine. Circa aliorum naturalium, quorum non tam turpis est conceptio, admissionem, nihil mutavit, nisi quod informationem super vita & moribus velit præmitti. Quam Sixtus V. prohibitionem relaxabit Gregorius XIV. illegitimorum, arbitrio Superiorum, admissionem permittens. *Zes. in comm. ad decret. tit. de filiis presbyt. ordin. num. 23. Vallens. in par. decret. d. tit. num. 3.*

Extra monasticam regulam positi ad ordines non admittuntur, ne quidem minores, nisi ex dispensatione Episcopi, cui hoc permittuntur, uti & dispensare super beneficiis, quibus animarum cura, (aut dignitas non annexa; modo non obstat canonicum impedimentum aliud; *c. 1. cod. in 6. Piac. 1. part. 1. num. 60.*

Dispen-

Dispensatio Pontificis irregularitatem tollit, facitque eos habiles 4
 ad majores Ordines, & dignitatum, & beneficiorum, curam anima-
 rum annexam habentium, capaces; mores si respondeant & merita.
can. Apostolica. 12. cum seq. dist. 56. d. c. 1. eod. in 6. junct. d. c. ult. d. can.
Presbyterorum. 1. vers. sed hoc intelligendum est. d. dist. 56. c. extua. 9. c.
litteras. 14. de filiis presbyt. ord. Nasci enim de illegitima conjunctione,
 non est culpa ejus qui nascitur, sed illius qui generat. *can. nasci. 5. d. dist.*
56. Erundecunque homines nascantur, si parentum non sectentur vi-
 tia, & Deum colant rectè, honesti erunt & salvi. Semen enim homi-
 nis, ex qualicumque homine, Dei est creatura; & eo male utentibus
 male erit, non ipsum aliquando malum erit. *can. undecunq; sicut satius.*
& caus. 32. qu. 4.

Dispensatio simpliciter super ordinibus facta à Pontifice, non est, 5
 ut quidam putant, extendenda ad majores, cum dispensatio sit strictè
 interpretanda, *d. c. 1. eod. in 6.* & ita restringenda ut minimum recedatur
 à jure communi. *Gloss. in c. litteras. 14. de filiis presb. ord. Specul. de dis-*
pensat. §. fin. num. 2. Nec hic oratio indefinita, ut quidam volunt,
 aequipolet universali. Alioqui *in c. 2. eod. in 6.* frustra exprimeret
 Pontifex, ad omnes Ordines promoveri valeat.

Si tamen cum constituto in minoribus, hoc sciens Pontifex, dis-
 pensaret, ejus dispensatio, ne operetur nihil, ad majores traheretur Ordi-
 nes. *arg. c. si Papa. de privileg. in 6. Abbas in d. c. litteras. num. 6.*

Quod si Pontifex certum expresserit Ordinem, ne utquam trahe-
 tur ad Superiorem, quod unius inclusio, alterius sit inclusio; quo casu
 certum est inferiorem ordinem eocludi, cum virtute insit. *Zaf. d. loc.*
num. 4.

Hinc facta dispensatio ad beneficia non continet alia, quam sim-
 plicia. *d. c. 2.*

Nec dispensat Episcopus super irregularitate ex defectu natalium 6
 occulto, *vid. Navar. sum. cap. 27. num. 201.* licet Concilium Trident.
sess. 24. de reform. cap. 6. dispensare ipsum permittat super irregularitate
 ex delicto occulto; Loquitur enim de crimine ejus, qui est irregularis,
 cuius in hoc casu est nullum. Nec facit quod hic subsit delictum pa-
 rentum: quia Concilium non respexit illud, atque eò id trahere, esset
 torque-

Orvinius
 Personis
 res, Ecclesiarum

IV.

32

torquere ejus verba. *Navarr. d. loco num. 194. Zaf. d. tit. num. 5. & 6.*

7 Quod si irregularis ex defectu natalium susceperit ordinem, non potest Episcopus (ut vult *Navarr. d. loco num. 201. & conf. 4. de filiis presbyt. propter ejus bonam fidem*) dispensare quoad ascensum ad ordines, ne culpa proficit; & susceptorum executionem. Ratio est quod *in c. 1. eod. in 6.* generaliter negetur Episcopo dispensandi potestas quoad majores ordines, quod irregularitas ante contracta, non tollitur per ordinem temerè susceptum; nec ullibi pateat data potestas dispensandi ea de causa. Et licet rationi sit consentaneum, ut detur; congruentia tamen sine potestate non sufficit. Nihil faciente bonà fide, nisi quod minuat peccatum. *Zaf. d. loco num. 7. vide Covarr. ad d. Clem. si furiosus. part. 1. §. 1. num. 3. de stat. & qualit. ord. Innoc. ad c. si celebrant. ult. num. 3. de Cleric. excom. minist.*

8 Dispensatio itaque facit illegitimum habilem ad Ordinem & beneficia; non tamen solet dispensare Pontifex, ut ea obtineat in Ecclesia, cui pater præest, aut præfuit, aut habuit beneficium. *c. 2. & 3. de filiis presbyter. Indecorum enim esset, paternæ incontinentiæ fovere memoriam in locis & rebus Deo consecratis, quibus maximè compertur puritas sanctitasque. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 15.*

9 Multò minus, ut patri succedat in beneficium; Quod ne quidem legitime ante Sacerdotium genito est datum, qui licet non prohibeantur beneficium habere in Ecclesia, in qua pater ejus habuit, aut præest, aut præfuit; *c. ex transmissa. 7. c. ad hæc. 12. de filiis presbyter. (quod nimis inconyeniens includat talem filium in eadem stare cum patre Ecclesia, ne utquam tamen admissum, ut succedat ei immediate; c. presentium. 3. c. conquiescente. 4. c. quoniam. 10. cum c. seq. 11. c. Michael. 13. eod. in quod maximè respicit Ecclesia, beneficia fiant hereditaria; transmittuntur enim hac via ad indignos; can. Apostolica. 8. qu. 1. Mediatè ut succedat in idem beneficium nihil continere vitii rescripsit Papa Alexander III. c. ex transmissa. 7. & c. ad extirpandis. 11. eod. Quam tamen continuationem immutasse dicitur Papa Clemens VII. & prohibuisse, ne filius etiam post aliam personam intermediam, possit in idem succedere beneficium; & hoc, ut omnis offensionis, quæ inde nasci solet, evellatur occasio. Zaf. d. loco num. 9.*

Quod etiam procedit in nepote; *Gloss. in d. c. ad extirpandas. 11. & ibi Innoc.*

Ascendens tamen in descendens aut collateralis beneficium, potest succedere immediate; cum id non sit prohibitum: Loquuntur enim canones tantum de filiis succedentibus patri: non ergo ad ascendentes & collaterales extendenda eorum prohibitio; Sunt enim odiosa restringenda. Accedit quod hic rationis paritas cesset. Successio enim filii in locum patris est ordinata, non etiam contra. *l. nam etsi. 15. ff. de inoff. testam.*

Quomodo & frater poterit obtinere beneficium fratris sui, etiam immediate, quia id non reperitur vetitum. *Gloss. ad d. c. extirpandas. Cas. d. loc. num. 11.*

Nec videtur dicta inhabilitas tangere nepotem legitimum ex filio illegitimo; cum nec verba canonis, & Concilii Tridentini *sess. 25. de reform. cap. 15.* id exigant; Loquitur enim de Presbyterorum filiis; hic autem agitur de odiosis: nec actio, (quod scilicet putentur secum incontinentiam paternam;) convenit nepoti, cujus pater non fuit incontinens. *Navar. de filiis Presbyter. conf. 9. & 10. Papon. lib. 21. Arres. tit. 3. art. 4. Cas. d. loc. num. 12. Diss. Lopez. in pract. sua crim. cap. 48.*

Dispensatio, ut diximus, aufert ab Illegitimis Irregularitatem; sed ea ordinis collationem precedere debet: alioqui actum illicitum. *Gloss. in c. un. de etat. & qual. ord. in 6. & Dd. in c. 1. in princ. verb. ex dispensatione de filiis Presbyter. in 6.* Quia causa cognitio adhibenda, & decretum quo pronuntiet Episcopus illum dispensatione esse dignum. *Specul. in tit. de dispensat. §. qualiter autem. num. 3.*

Quod si illegitimè natus promoveatur ad Ordines sine dispensatione, recipiet quidem characterem, non tamen Ordinis suscepti executionem: Similiter à beneficiis, ad quæ indispensatus fuerat promotus, amoveatur. *c. constitutus. 8. eod. nisi cum eo postea dispensetur à Summo Pontifice. c. 3. 4. 5. & ibi Glossa eod. Vallens. ibid. num. 6.*

Propterea *hæreticorum*, eorumque *fautorum & defensorum filii* usque ad lineam paternam generationem secundam, ordinari vetantur, etiam si parentum imitati non sint crimina. *c. quicumq. §. hæretici. c. statutum.*

Ecc
tum.

Orvinius
Personis
Ecclesiæ

IV

32

tum. & ibi Gloss. verbo inane. de heretic. in 6. Quando autem mater trinarum est haereticorum vel haereticorum faulrix, ordinari prohibentur tantum filii, non nepotes. d. Gloss. verb. inane. in d. c. statutum. Penia in direct. inquisit. part. 3. comment. 163. vers. rursus textus. Bellet. disquis. Cleric. part. 1. tit. de disciplina Cleric. §. 10. num. 27. & 28. Barbof. jur. Eccles. univ. lib. 1. tit. 33. num. 101. Sacra tamen Congregat. Concil. 11. Junii 1591. censuit filios non rejiciendos, si parentes fuisset emendatos constet, & Ecclesiae incorporatos, & poenitentiam egisse, vel ei in illis re. Lopez. ad pract. Diaz. verb. Neophytinum. 22. cum seqq. Zyp. Jur. Pontif. novi hoc tit. num. 12.

14 Ordinari possunt Neophyti, id est, novi ad fidem Christianam conversi: sed non facile; Nam lapsus triennii juxta Justinianum. Nov. vel. 5. de Monachis. cap. 2. juxta D. Gregor. can. monasteris. 19. qu. 3. triennii debet expectari, aut saltem spatium per Episcopum definiendum. Zypaus Jur. Pontif. Novi Annal. lib. 1. hoc tit. num. 12. & antequam ordinentur, in eorum vitam, usum, eaque quae illi ad primam vitam sectantur, & secretè conversi nonnunquam observant, & ex quibus dignoscitur Ecclesia, eos iterum reversiones ad illa, diligenter & accuratè inquirendum. Cavallo ad c. Raynaldus de testam. part. 1. num. 223. cum seqq. Frageso de regim. Reipubl. Christ. part. 1. lib. 1. disput. 2. num. 233. cum seqq. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 21. diffic. 16. num. 3. Barbof. d. lib. 1. cap. num. 102.

15 Eo magis nati ex Judaeis, Saracenis vel Gentilibus, qui voluntatem fidem susceperunt Christianam, nisi ex causa singulari Ecclesiae similitudinis, admitti possunt ad ordines & beneficia. Sahagus in c. cum re. 7. de rescript. num. 23. Otalor. de nobilit. 2. part. 3. princ. cap. 7. num. 5. Riccio. al. in tract. de neophyt. cap. 7. num. 30. Solorzan. de Jure Indiarum. tom. 3. lib. 1. cap. 22. num. 77. cum seqq. Zypaus d. loco. De Judaeis enim & Gentilibus conversis fundata est Ecclesia. Gloss. in c. eam re. 7. verb. Judaeis de rescript. Et non generis, sed virtutum nobilitas, vita quoque honestas, gratum Deo faciunt, & idoneum servitorem. c. venerabilis. 37. de prabend. & dignit. c. ad decorem. 5. de institut. D. Thomas super illa D. Pauli verba. Ephes. cap. 2. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq. amicitiam lect. 5. scribit sic; Quia Christus utrumq. populum, videlicet Judaeorum

colentium verum Deum, & Gentilium ab hujusmodi Dei cultura alienato-
rum conjunxit in unum; juxta illud Joannis cap. 20. Alias oves habeo,
quæ non sunt ex hoc ovili, & fiet unum ovile, & unus Pastor. Et Ezechiel.
cap. 36. Rex unus erit omnibus imperans, Christus autem hunc parietem
removit ut nullum maneret interstitium, factus populus unus Judæorum &
Gentilium; & solvere parietem maceria, est solvere inimicitias, quæ erant
inter Judæos & Gentiles, ex quo oriebatur inter eos ira & invidia. Quam
doctrinam confirmant D. Augustinus. in civit. Dei. lib. 18. cap. 28. &
D. Hieronymus in argum. Epistola ad Romanos.

TITULUS XIX.

De Obligatis ad Ratiocinia Ordinandis,
vel non.

SUMMARIA.

- 1. Reddendis ratiociniis 3. Nec Debitores Reipu-
blici publicis non or- blica.
dinandi; Et qui sint illi.
- 2. Ratiociniis privatis ob- 4. Nec qui redditis ratio-
stricti non prohibentur. ciniis manserunt Debi-
tores.

RoPter vinculum reale, Syndici Universitatum aut Collegi-
orum, Tutores, Curatores, Aëtores, sententiarum aut testa-
mentorum Executores, Procuratores, & id genus hominum,
qui reddendis rationibus publicis, quæ hic appellantur ratio-
cincia, sunt obligati, ante officium finitum, & rationes redditas ordinari
prohibentur. c. un. & ibi Dd. hoc tit. can. Legum. dist. 53. can. fidat. dist.
50. can. magnus. dist. 54. d' Escobar. de ratiocin. cap. 4. ex num. 1. Regi-
nald. in praxi fori penitent. lib. 30. num. 65. cum seq. Campan. in diversor.
Jur. Canon. rub. 11. cap. 2. num. 2. & 3. Cum quia curis ac negotiis ita
distrahuntur atque involvuntur, ut vacare ordinum ministerio neque-
ant;

Prævinus
Personis
ref. Ecclesiæ

IV.

32

ant; tum quia ex talium promotione infamiae aliqua nota redundare
posset in Ecclesiam: veluti si contingat illis doli in rationibus reddendis
argui, aut praemoniti, ad laicorum fugiendam jurisdictionem, &
in Creditorum praedictum, current ordinari. *d. c. un. ibique Abbas*
num. 2.

2 Dixi, qui reddendis rationibus publicis, ob publicam scilicet ad-
ministracionem, obligati sunt; Quasi administratio sit privata, non
impedit ordinacionem: nisi vel de dolo in administracione commissa
esset lites mota, vel in procinctu movenda; tunc enim ante lites extin-
tales promoveri non possunt, & si promoverentur de facto, deponere
ne essent digni, licet postea in causa vincerent. *Gloss. & Archidiaconus*
in c. tantis. 3. dist. 81. Majol. de irregular. lib. 2. cap. 11. num. 4. vers. in
privatis. Campan. d. rubr. cap. 9. num. 3.

3 Non tamen ordinari prohibentur debitores Republicae ex
causaquam administracione publica, veluti, mutuo, locacione, condic-
tione, emptione, aut similibus aliis contractibus, etiam obligatio-
ne adhuc pendente; *Abbas in d. c. un. quest. antep. Gloss. & Archidiaconus*
in can. praterca dist. 51. Salzed. in pract. cap. 20. num. 4. vers. item
nisi maxime aere alieno gravati in bonis non habeant, ut satisfaciatur de
bitis. Campan. d. cap. 9. num. 9. Nec administratores earum Eccles-
siasticarum aut miserabilium personarum, aut cujuslibet alterius pu-
causa publica vel privata, etiam administracione pendente: can. un.
dist. 86. can. judicatum. dist. 89. Salzed. d. cap. 20. num. 5. vers. item. Be-
ler. disquisit. Cleric. part. 1. tit. de discipl. Clericor. §. 11. num. 5. No-
qui rationibus publicis adstricti fidejussores sese ut principales, conti-
nerint: Abbas in d. c. un. num. 10. Campan. d. cap. 9. num. 12. prelati
constituti, alicujus, etiam liberalis personae, sunt tutores, curatores
& generales administratores; nam etiam si nondum de administracione
ne sit coeptum rationari, ad altiores Ordinum gradus, adscendere po-
sunt per Joan. Fabr. in l. quisquis. num. C. 8. de Episcopo. & Cleric. Can-
pan. d. cap. 9. num. 11. Barbosa jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 33
num. 135.

Redditis rationibus, etiamsi administrans remanserit debitor, non videtur tamen removendus ab Ordinibus, cum nullo jure sit cautum, ob debitum privatæ personæ induci hoc impedimentum; *Zaf. in com. ad d. tit. num. fin.* & prohibitionis causâ cessante, cesset ipsa prohibitio: *c. cum cessante. 60. de appellat.* Nisi & simul ponatur paupertas; quia non haberet sustentationem congruam; *de qua in fin.* aut debitum tale, cujus nomine lis, aut molestia moveatur: Tunc enim eadem est ratio, quæ in superioribus, ac proindè idem impedimentum. *Zaf. d. loc. & num.*

TITULUS. XX.

De Vinculo personali impeditis non Ordinandis.

SUMMARIA.

- | | |
|--|---|
| 1. <i>Continuatio.</i> | <i>Domino ordinatus.</i> |
| 2. <i>Cur non servi.</i> | 6. <i>Qua de servis disposita,</i> |
| 3. <i>Quid si Dominus consentiat.</i> | <i>& in Originariis, Adscriptitiis, &c. obtinent.</i> |
| 4. <i>Qualis consensus esse debet.</i> | 7. <i>Quid de Libertis.</i> |
| 5. <i>Quid si servus ignaro</i> | 8. <i>Curialibus.</i> |

Vinculum personale ordinationem impedit in servis, & qui eorum veniunt nomine, colonis, originariis, adscriptitiis, monachis; Item in libertis & Curialibus.

In servis; *toto tit. de serv. non ordin. & tot. dist. 64. 2. can. in famos. 17. caus. 6. qu. 1.* non quod vilis conditio ponat indecentiam, cujus Canones non videntur habuisse rationem, *can. admittuntur. 21. d. dist.* quod illa pertineat ad bona vel mala fortunæ, & cum
Ecc 3 pravis

*Orvinus
Personis
res, Ecclesiarum*

IV.

32

pravis moribus nullam habeat conjunctionem. *Zaf. in Comm. ad decret. tit. de serv. non ordin. num. 2. quam ratione justitiæ, respectu Domini ex una parte, nè illi fiat injuria; re suâ invito subtractâ; unde procedunt blasphemia in nomen Divinum & Sacrosanctam fidem; ex altera verò parte religionis causa; cujus ministerio non posset vacare servus ordinatus, si apud Dominum, relinquatur; aut ab eo in servitute abstrahatur. can. quicumque dist. dist. 54. c. 2. eod. Debet enim esse communis ab aliis, qui divina militia est aggregandus, nec à castris Dominicis, quibus nomen dedit, aliquo necessitatis vinculo abstrahendus. c. 1. d. dist. Siquidem hoc vergeret in totius collegii clericalis verum periculum. c. 1. eod. Melius igitur est, ut id præcaveatur, quod vituperari potest, & ante tempus occurratur, quam ut post causam vulneratæ remedium quaeratur. l. ult. C. in quib. caus. in integr. rest. non est.*

3 Sed *servitus* non inducit obstaculum perpetuum absolutæ, quamdiu durat & non consentit Dominus. Eo, sive expressè *can. 1. & 2. can. generalis. 12. d. dist. c. 1. 2. 3. 4. 5. de servis non ordin. tacite, consentiente;* vel si sciat sacris initiari servum suum, & non contradicat; *can. si servus. 20. d. dist. Azor. Instit. moral. part. 1. cap. 4. §. si passus. vers. item si servus* (qui non potest videri non consentire in libertatem, cum qui vult consequens, & velit antecedere servus fit liber & validè ordinatur. *d. can. si servus. c. 1. de filiis presb. can. nulli. 2. d. dist. 54.*

4 *Consensus* is Domini debet esse *absolutus & simplex*, ita ut nulli obsequio retento servus legitimam libertatem consequatur: *d. can. nulli. 2. can. quicumq. 5. d. dist.*

Num qui retento obsequio, manumittitur, pro eo, quod ad huc Patroni servitute tenetur obnoxius, ad ordinem Ecclesiasticum nullatenus est promovendus, nè quandò voluerit ejus Dominus, ex Clerico servus. *d. can. quicumq. 5. vers. qui verò. can. multos. 23. ult. d. dist.*

Non repugnat tamen manumissioni conditionem apponi, clericali non repugnantem; veluti de operibus spiritualibus præstat

dis, aut etiam de non præstandis officiis iustitiæ aut gratitudini repugnantibus. *c. 2. de cond. appost. & ibi Abbas. Zaf. d. loc. num. 3.*

Ordinatus servus domino nesciente vel contradicente, manet quidem ordinatus, quia servitus non tam inducit incapacitatem, quam irregularitatem quæ non impedit characteris impressionem. Ordinatus tamen in minoribus, redigitur in pristinam servitutem, & Domino volenti restituitur, & deponitur. *can. ex antiquis. can. frequens. cum seq. d. dist. c. 2. ubi Gloss. de serv. non ordin. Gam. de Sacram. præfand. ult. supplic. damnatis. qu. 5. num. 9.* Nam cum ejus ordinatio ab actu facto sit remota, prævalet regula; *Quod nulli fraus sua debeat patrocinari*; nisi annus fuerit elapsus, computandus, non à tempore ordinationis, sed scientiæ; quod tanti temporis dissimulatio ponat consentium; aut nisi per triennium hæserit in monasterio: *d. c. si servus. 20. & ibi Gloss. verb. anius. Hostiens. d. tit. Sayr. de censur. lib. 6. Miranda in man. Pralat. tom. 1. qu. 17. art. 2. conclus. 4. in fin. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 46.* Sacerdos autem ordinatus manet quidem in gradu suo in reverentiam Sacerdotii; *d. can. ex antiquis. & can. frequens*: mulctatur tamen amissione peculii, si quod habet, quod Domino cedit; eo quod sciens se servum passus est ordinari; *d. can. ex antiquis.* si non habet, restituitur domino, non tamen ad serviles, sed spirituales operas ei præstandas. *d. can. frequens. in fin. d. e. nullus. Henric. in sum. lib. 14. cap. 8. §. 7. in princ.* Diaconus ordinatus, non aliàs restituendus Domino, quam si Vicarium præstare nequeat, aut aliàs satisfacere; *d. can. ex antiquis.* Quod & in Subdiacono hodie observatur. *c. pen. de serv. non ord.*

Sed hæc ita, si bona fides Ordinantis, & aliorum qui exhibuerunt testimonium suffragetur: nam si scienter servum alienum, ignorante vel contradicente Domino ordinaverit, is quidem fit liber, sed ordinator Domino ejus tenetur duos servos æquè bonos tradere. *can. si servus absente. 19. d. dist. sin. Ordinatorem excuset bona fides, non etiam eos qui obtulerunt, tenebuntur hi ad prædictam satisfactionem. d. can. si servus absente. Gloss. in fin. in d. c. 1. de serv. non ord.*

Cæterum ordinatus ignorante Domino non videtur contrahere novam irregularitatem, aut suspensionem, cum nullus canon id habeat,

Ordinatus
Personis
Ecclesiæ
IV.
32

beat, & postea, domini consensu superveniente, aut cum manu-
tente, desinat, absque dispensatione ulla, esse irregularis, utpote
regularitatis fundamento sublato. *Zaf. d. tit. num. 5.*

Quæ diximus, sunt intelligenda de servis ex utroque parente ser-
natis; cæterum natus patre servo, matre verò libera, liber est, & ho-
tè poterit ordinari. *c. fin. & ibi Gloss. & Dd. eod. Paleot. b. de nobis & sp-
riis. cap. 15. num. 4. Campan. d. cap. 8. num. 10. vers. ut tamen.*

6 Quæ de servis diximus, de *originariis* quoque *adscriptis*, &
colonis qui terræ colendæ perpetuò sunt adscripti, intelligenda vide-
tur; propter easdem rationes, quæ & in ipsis existere videntur. *d. can. 1.
d. dist. 54. & can. generalis & can. admittuntur. eod.*

7 *Liberti* sine Patronorum consensu ordinari non debent, quan-
vis non tanta in eis, sicut in servis, esse videatur quoad hoc observari.
can. fin. d. dist.

8 *Curiales*, qui propter aliquod officium Curie sunt addic-
tari non debent: *can. precipimus 10. dist. 34. can. 1. & 2. & per tot. dist.
51. can. un. dist. 53. can. si quis. dist. 77. can. infames. 6. qu. 1. Synodus
in sum. verb. Ordo. 4. qu. 2. vers. nec septimò. Majol. de irregular. lib. 1.
cap. 5. Petr. in Oeconomia Canonica class. 1. cap. 2. §. 4. in fine. Camp-
d. rub. 11. cap. 24. quamdiu sunt tales. can. Ofius dist. 61. can. 2. c.
3. dist. 51.*

Horum nomine veniunt hîc, qui in quacunque seculari Curia
caussis sanguinis sunt ministri, quomodocunque cooperentur ad illas,
ut Tabelliones, sollicitatores, procuratores, & inferiores ministri,
qui vel denuntiant, vel scribunt sententiam, vel aliquod simile me-
nus exhibent. *Suar. de censur. tom. 5. disput. 47. sect. 4. num. 1. c.
de & Sayr. de censur. lib. 6. cap. 14. num. 9. Monachi ordinari non pos-
sunt, nisi Abbate consentiente. can. 1. dist. 58. c. ad aures. 5. de re-
por. ordin.*

TITULUS XXI.

De Vinculo Civili impeditis, seu Bigamis, non ordinandis.

SUMMARIA.

- 1. Bigamus est irregularis & quare.
- 2. Fundatum hoc in antiquitate.
- 3. Bigamia quotuplex.
- 4. Quae vera & ejus explicatio.
- 5. Qui ante Baptismum uxorem habuit, si post ducat secundam, an Bigamus verus.
- 6. Bigamia interpretativa qua.
- 7. Bigami interpretativi qui.
- 8. Bigamia Similitudinaria qua.
- 9. Cum Bigamis dispensari potest. A quo.
- 10. Pena Episcopi Bigamum ordinantis absque dispensatione.
- 11. Pena sic ordinati.

Vinculum Civile; quo quis se ita fori secularis coërcitioni obstrinxit, ut inde recedere, non possit; quem ab ordinibus arceat, & in susceptis ministrare impedit; ut est bigamus; *can. un. de digam. non ord. in 6. c. 1. & 2. eod. can. qui post. 16. cum seq. in Canon. Apostol. non ratione peccati; quod per eam non incurritur, can. fin. dist. 26. licet secus somnient hæretici quidam; cum Ecclesia ne quidem trigamiam damnet, & Salvator noster nequidem damnaverit septemviram; can. aperiat. cum seq. 31. qu. 1. sed quod deficiat representatio mysterii unionis inter Christum per ejus incarnationem*
